Iatrologiae Silesiae specimen primum, exhibens brevissimam medicorum Silesiorum saeculi XIII. ad XVI. notitiam cui catalogus medicorum Silesiae recentiorum eaorumque celebriorum adjectus est prodromus.

Contributors

Henschel, August Wilhelm Eduard Theodor, 1790-1856.
University of Glasgow. Library

Publication/Creation

Vratislaviae, [1837]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/jf3467e7

Provider

University of Glasgow

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

VIRO

DOCTISSIMO EXPERIENTISSIMO

D. ELIAE HENSCHEL

MEDICO APUD VRATISLAVIENSES

PRACTICO ET OBSTETRICIO

FELICISSIMO

ANTE HOS QUINQUAGINTA ANNOS

DOCTORIS DIGNITATE ORNATO

DIE III. JANUARII MDCCCXXXVII.

MEDICI MUNERE PER DIMIDIUM SAECULUM

FUNCTO

PATRI DILECTISSIMO

PIE GRATULATUR

FILIUS

D. A. G. E. TH. HENSCHEL

P. P. O.

INEST IATROLOGIAE SILESIAE SPECIMEN PRIMUM, EXHIBENS BREVISSIMAM MEDICORUM SILESIORUM SAECULI XIII. AD XVI. NOTITIAM CUI CATALOGUS MEDICORUM SILESIAE RECENTIORUM EORUMQUE CELEBRIORUM ADJECTUS EST PRODROMUS.

VRATISLAVIAE.

TYPIS M. FRIEDLAENDERI.

GLASGOW
UNIVERSITY
LIBRARY:

c

Quum omnem vitam humanam, tum vero eam eius partem, quae in rebus nostris gerendis versatur, brevem esse merito queritur, vel qui diutissime vixerit. Eo namque exputato tempore, quod viventibus nobis nox aufert, quod necessarii vitae usus postulant, quod corporis et ingenii cultui impendimus, quod animi morositas perdit, quod quotidiani commercii morae tam inutiles quam inevitabiles consumunt: quam exigua nobis relinquitur temporis particula illius in veram frugem concessi! Omnium autem, quibus vivere dat natura, ipse medicus est, cui minimum ita, ut par est, agendi spatium constitutum fuit. Nam ille eo ipso, quod agit, sese consumit et pessundat vitam. Ecquid mirum est? Medici corpus enim muneris, quod administrat, molestiae macerant, ingenium discrimine summo consiliandi necessitas exhaurit, animum denique obiectus miseriae labefactat et cura inprimis, quae eum quasi pedicis immodicis aggravat. Unde usu venit, ut pauci sint, qui summam senectutem assequantur medici, pauciores qui multis annis iidem arti operati sint, paucissimi, quorum provincia dimidio saeculo continuata fuerit. Ac Tibi, mi pater, quum, quod summum est, contigit, tum vero quadam dignatione divina dies vitae Tuae numerati sunt, adeo ut, qui reperti essent anni octoginta fere duo, non viderentur perplures esse: nec solum vitam peregisti tempore, sed et bonitate, studio, arte, eventu perquam illustrem. Quam ob caussam hoc die festo Tibi intimo pectore gratulor numen aeternum, quam possum maxime, extollens concelebransque:

*

atque mecum, filio Tui amantissimo, simul alii omnes, quotquot Te suum nuncupant, benignum illum fatorum Tuorum moderatorem venerantur; ac certe ipsae hodie prospiciunt, si quis est umquam hujus et futurae vitae nexus, e beatorum sedibus in quas traductae fuerunt, ad Te placido vultu ternae filiae Tuae cum nepotibus. Neque tamen solummodo hoc laetamur, quod Deus O. M. Tibi multos annos concessit, sed magis etiam, quod eos conservandi Tibi potestatem fecit. Quemadmodum enim est, quod medici vitam atterat et infringat, ita est quoque, quod tueatur et augeat. Quibus in praesidiis potissime numeranda est animi constantia, quae corpori imperat languescenti, et optimae mentis conscientia, quae reficit fractas vires et recreat. Quae egregia adminicula quum Te numquam deficerent, factum est indidem, ut, dierum quemadmodum nullum perdidisses, ita quemvis retineres; iisdem quoque contigit, ut munitus esses contra labores diurnos, nocturnas contra vigilias, contra morborum vexationes, contra rerum domesticarum aculeos, contra hominum animos ingratos, contra osorum invidiam, contra inimicorum malevolentiam acerbitatemque. Haud sane igitur est, quod magis malim, quam ut via, qua Numine favente incedere institueris, pergas eadem, diu Tuis intersis, serus redeas ad coelos. — Iam nunc accipe, quod, Pater, meae in Te pietatis testimonium qualecunque esse volui, hoc meum opusculum, quo eorum, qui eandem Tecum et patriam et artem coluerunt, resuscitavi memoriam. Equidem fore spero, ut, quum ipse nollem filius, qui paterno amori effusius indulgerem, alius quicumque post me hic Tuum quoque nominibus ascribat aiens fere, fecisse Te, quod deberes medicus, quod potuisses homo. Vale.

IATROLOGIAE SILESIAE

SPECIMEN PRIMUM

EXHIBENS

BREVISSIMAM MEDICORUM SILESIORUM

NOTITIAM

CUI

CATALOGUS MEDICORUM SILESIAE RECENTIORUM

EORUMQUE CELEBRIORUM

ADJECTUS EST PRODROMUS.

PRAEFATIO.

Patriam nostram Silesiam quovis fere tempore viris doctis abundavisse tantum abest ut neget quisquam judex, ut concedat, eam aliquando plane egregio omnium artium bonarum cultu propemodum totum orbem litterarium antecelluisse. Cujus quidem rei exemplum ipso seculo XVI. summus noster Melanchthon praebet, ingenue fassus: „non aliam esse gentem in Germania, quae plures haberet eruditos viros*)," nec non Justus Lipsius ille, qui medico cuidam Silesio per literas significavit haecce: „testimo- „nium hoc Silesiis et Vratislaviae vestrae reddo, non esse excultiorem oram hodie in „ambitu Europae.**)" Quantumvis autem Silesiae nomen inter homines doctos celebratum esset, nondum tamen ad hunc usque diem contigit, ut historiam ejus litterariam plene perscriptam haberemus: quod ipsum, si Theologiam et Poesin excipias, quum de alio quovis litterarum genere contenderis rectissime, tum vero de re medica, utpote cujus litteratura penitus jacuerit, quam maxime dicendum est. Ac nescio sane, Silesii, quum plurimum operae consumerent, ne conterraneorum alia in litteris merita obsolescerent, cur ipsorum medicorum nullam curam gesserint; neque magis explicatum est, quid sit, quod, quum Silesiae omne fere oppidum suorum quos protulerit virorum doctorum laudatores numeret (ut Leorinum eruditum, Cervimontium litteratum etc.), nullus tamen de medicorum vitis ordine enarrandis cogitaverit. Quo lacuna facta est, quam ad aliquo modo explendam accipe L. B., minutas has pagellas, memoriae patriorum Asclepii cultorum aut retinendae aut renovandae dicatas. Quodsi vero et ipsi duntaxat operis, quod peragendum est, particulam proposuimus, suppetit certe absolvendi omnis negotii consilium: nobis paratamque jam esse aliquatenus materiem, e Catalogo vides calci adnexo, qui quamvis nec omnibus partibus suis numerisque absolutus et sec. XVIII. omnino mancus sit, ipsis tamen nudis nominibus primas quasi lineas futurae scriptionis satis manifestat. Verum haec quoque, quoniam tempore urgente nec plena satis neque polita foras dare potuimus, fere speciminis loco et ut ita dicamus prodromum esse volumus, quo viri docti, antequam reliqua prodeant, ad sententiam ferendam et suum nobis impertiendum consilium excitentur. Sed nihilo tamen minus institutae rationis commendandae defendendaeve causa L.B. admonendus videtur, inprimis ne eum vitarum tenuitas et brevitas offendat. Facillimum sane fuerat passim fusissime exponere: sed quum plurimorum hominum eruditorum fata

*) Nic. Henelii ab Hennefeld Silesiographia renovata I. p. 691.

**) In litteris Johanni Fersio, Vratislaviensi, Lovaniis die III. Non. Sextil. A. MDCXCIV. datis, quae auctoris manu transscriptae, Laurentii Scholzii insunt libro raro, qui in Bibliotheca Mar. Magdal. asservatur.

vitaeque ex asse sibi similes esse soleant, fere in narranda origine et morte, studiorum et artis factitatae ratione, munerum denique et officiorum functione acquiescendum putavimus, praestare rati, rem brevi absolvere, quam mole immensa operis finem in discrimen adducere. Qua quidem in re non omni hominum gravissimorum auctoritate destituti videbamur, ut quibus arrideret et exempli instar praeluceret liber ille laudatissimus Mercklini, qui inscribitur „Lindenius renovatus" cujus et pressam vitarum enarrationem et scriptorum enumerationem accuratam nos imitaturos fuisse si judices senserint, studuisse nos et conamen fecisse haud sane negaverimus. Ast vel sic est fatendum, passim etiamsi animo fuerat prolixius exponere, fontibus omnibus exarefactis, ne potuisse quidem exponi: alibi tamen quum plura afferri potuissent, materiae tanta copia suppetebat, ut consultius duceremus quae e re essent, opusculi quod simul cum hoc edidimus patrio sermone conscripti, (cujus hic est titulus: Zur Geschichte der Medicin in Schlesien) fasciculo secundo proferri. Jam eorum quae attulimus multa nos operibus diu in lucem emissis debere libere fatemur: inde tamen si quis nos centies cocta recoxisse criminetur, volumus reputet, nos nonnunquam e libris etiam minus notis, quibusdam manuscriptis, hausisse, quorum antea aut parcus aut nullus usus fuit. In quibus nobis inprimis laudanda est b. Henelii Silesia togata, cujus codicis pretiosissimi ingentia duo volumina in Bibliotheca Rhedigerana extant, quorum minima pars in librum qui inscribitur „Silesiographia renovata" tansferri coepta est. Summae utilitatis, et opus perfectissimum esse dixeris: dummodo ne sermonis fucus et verba sesquipedalia obstarent! Sed ad manus quoque fuit fautoris cujusdam opera Ezechielis Silesia literata Ms. rarissimum idemque doctissimum indefessi illius literarum Silesiarum scrutatoris, opus cujus fere nil nisi nomen in hominum ore est. Tum nobis paratum fuit opus mst. cl. Grossii quod inscribitur „Silesiae et Lusatiae sidera," toto annotationum et additamentorum volumine a Casp. Sommero auctum: quod utrumque Silesiorum plurima nomina continet rarius citata, quamvis breviter nimis exposita. Denique scriptum opus quoddam Joh. Theoph. Peuckeri lingua germanica exaratum praesto fuit, illud fere omni Silesiorum litteratura refertum; cui si quis ultimam manum adferre vellet, optimo id jure lucem mereret. Quum his igitur, tum vero aliis subsidiis freti, aliquid libello pretii nos comparasse fere opinabimur. Sed est concedendum et esse quae addenda videantur et quae emendanda. Quod tamen utut est, ita certe opusculum nostrum exceptum iri speramus, ut susceptae rei aliquando magis satisfacturi credamur.

Quibus praemissis nil restat, nisi ut iis qui nos in elaborando hocce qualicunque opusculo facta librorum copia adjuvare non dedignati sunt, referamus gratias quas debemus. Ac sunt quidem summi Bibliothecarum Vratislaviensium moderatores maxime in me meriti Wachlerus, Menzelius, Schönbornius et Morgenbesserus, inprimis etiam cl. D. Paritius, vir rerum Silesiarum peritissimus idemque nobis benevolentissimus. Nec silentio praetereundi sunt viri summe colendi, Reichius, Oelsnerus et Hoffmannus Fallerslebiensis, aliique collegae et amici aestumatissimi, qui et ipsi quam potuerunt maxime, verbo factoque nos juverunt. Quos cunctos rogamus VV. DD. CC., ut in absolvendo quoque opere nobis succurrere velint.

S e c. XIII.

Conradus M.

1239.

Ex Henrici I. Duc. Vratisl. comitatu An. **1226**. inter Capellanos profertur. Eundem verosimile est e delectis Henrici II. citari An. **1239**. Magistri nomine insignitum. Constat olim principum e curis medicis fuisse Capellanos, inprimis Magistri titulo ornatos. Sed medicusne fuerit, fluctuat. Itaque agmen ducat incertus.

Confer. Klose Von Breslau. Dokum. Geschichte II. p. 6. 7.

Nicolaus M.

1254.

In Henrici II. Ao. **1239**. stipatione est auditque Henrici III. Ao. **1254**. Capellanus, Physicus idemque Canonicus Vratisl. ad St. Joannem. Qui si minus doctrina at certe opibus insignis fuit. A Duce enim Marc. LX. argent. Pretinow pagum olim ad Scheitnig situm emit.

Confer. Klose l. c. I. 30. Br. p. 492. — Schles. Diplom. Nebenstund. St. 1. p. 48.

Günzel s. Gunzlein M.

1290.

Henrici IV. sub vitae finem (Ao. **1290**.) Archiater. Cura principis, cum accepto veneno laboraret, clarus fuit.

Confer. Ottokar v. Horneck Chron. in Pez Scriptor rer. Austriacar. Tom. III. p. 198. cap. 227—231.

S e c. XIV.

Thomas Episcop. Sarept.

† post 1360.

Natus est An. **1297**. Postero tempore Frater Monast. St. Vincent. Ord. Praemonstrat. Vratislaviae medicinam exercuit Magister factus, „postquam" ut ipse ait, „in aliis mundi parti- „bus practicaverat (inde ab An. **1340**.) per XXIV „annos." Boleslai Ducis Lignic. Capellanus et Archiater circa An. **1352**. fuit, nomine Petri accepto. Episcopus tum Sareptensis propter Monast. St. Vincentii habitavit Musisque vixit inde ab An. **1360**.

Scripta. Lipsiae in Biblioth. Paulina inter Msta med. Ser. II. No. II. servatur Cod. chartac. perrar. ad Felleri Catal. Codd. Bibl. Lips. p. 271. confirmantibus Ill. Radio, Prof. Lips. et cl. Leysero M. Lips. per lit. benevole mihi datas. Insunt libro:

I. Practica medicinalis Dni Thomae Epi Sarept. Ord. Praemonstr. (plag. 78. fol.)

II. Tractatus Dni Thomae Ep. Sar. de Indiciis urinae. fol. 209.

III. Tractatus ejusdem Dni Episcopi de fleubothomia et indiciis cruoris. fol. 240.

Citantur ab auctore in Practica supradicta cap. 4. ejus:

IV. Practica manualis s. parva.

V. Antidotarium. (Quae utraque Commentatio codice non est comprehensa.)

Vidit denique Rev. Ezechiel:

VI. Tractatum de febribus, Practicae adjectum. *Haec fortasse vetustissima medicinae Silesiae monumenta litteraria.*

Confer. Klose l. c. I. Br. 82. p. 289. — Ezechiel Sil. literata. Op. posth. Mst. quod perlectum debeo gratiae viri summi Cl. D. Paritius.

Johannes Archidiaconus M.

1376.

Natus circa init. Sec. XIV. videtur: post Archidiaconus Eccles. Glogoviensis extitit. Ipse

profitetur se opus quod infra laudaturi sumus mandato Rev. Patris ac Dni sui Preczlai (a Pogarella) dignissimi Episc. Vrat. (1341 † 1376.) conscripsisse senio jam fractum.

Scripta. Vratislaviae in Bibl. Reg. et Univ. habetur Codex chart. perrar. sub Sec. XIV. finem scriptus, ab Ill. Wachlero benevole mihi commissus. Continentur eo:

I. Causa et signa pestilentiae et summa remedia contra ipsam, tradita a M. Johanne viro doctorato in physica, Archidiacono Glogloviensi pro communi bono. Amen.

II. Nova vinea seu sanitatis custodia per Rev. Dom. Johannem ac Magistrum Archidiaconum Glogoviensem, artis medicae Doctorem qui pro communi bono ac utilitate omnium in Slesia existentium a diversis Doctorum voluminibus fideliter quamvis laboriosissime congregavit.

Opus hactenus plane incognitum a me dectetum: de quo alias.

Confer. Klose l. c. Br. 82. p. 288. *Qui tamen de nostro brevissimus.*

Nicolaus Wendeler.

post sec. XIV. med.

Nicolai, qui fratrem habuit Marcum Abbatem Monast. St. Vincent. Vratisl., fieri videmus mentionem a Rev. Görlich l. c. Formulas ab eo conscriptas jam legit Klose in Cod. Mst. Biblioth. Mon. B. Mar. Virg. in Arena fol. 27. libro nunc, ut videtur, deperdito: nam frustra est in Bibl. Reg. et Univ. Vratisl., sublevante Ill. Wachlero, quaesitus.

Confer. Fr. X. Görlich Urkundl. Gesch. der Prämonstratens. p. 81. — Klose l. c. II. p. 288.

Petrus a Brega.

p. sec. XIV. med.

Qui fortasse idem est Thomas Episc., Boleslai Ducis Bregensis Capellanus et Archiater, cui supra diximus aliquando nomen Petro fuisse; siminus, est homo plane incognitus. Laudat Klose l. c. formulas medicas ab eo conscriptas.

Johannes Grotkow.

p. sec. XIV. med.

Hujus in pestilentia rationem Klose e cod. sup. dicto cognovit. Quendam Grotkowium hujus aevi laudat auctor libri qui inscribitur „Janociana.“ Sed cl. editor: „frustra“ inquit „inter Grotkowios quos Caspar Nisiecius in Operis genealogici Tom II. p. 315. recensuit a nobis quaesitus.“

Confer. Klose l. c. Tom II. P. II. p. 288. — Janociana s. Clar. et Ill. Poloniae auctorum Maecenatumque memoriae miscellae ed. Sam. Theoph. Linde Vol. III. p. 155.

Johannes Koithenicz.

p. sec. XIV. med.

Klose l. c. viri illius Ordinationem invenerat in Codice memorato. Alia non sunt comperta.

Balthasar Füllschüssel.

(post 1382.)

Nissensis, Wenceslai Ducis Lignicensis et Episc. Vratisl. Archiater circa A. 1382 fuit a curandi ratione atque opibus perquam celeber: idemque S. Aegidii Vratisl. Ecclesiae Praepositus. Ottmuchensis S. Nicolai aedes ex copiis eius Testamento legatis sedes Praesulum et Canonicorum facta est.

Confer. Mart. Hanke de Siles. indig. erudit. p. 311. (*ubi nomine corrupto „Balthasar Fullschlusselius laudatur. Plura vide in Henelii Silesia togata Cod. Mst. Bibl. Rhedigeranae Vrat. praestantissimo, cujus copiam nobis, pro ea qua est liberalitate, fecit Sūmm. Urb. Vratisl. Magistratus.*)

Johannes II. Abbas Saganens.

† 1390.

Praepositus olim Nawinborgensis, Monasterii Augustin. Saganens. Abbas Ao. 1376 † 1390. „Vir universalis quasi in omni scientia et experientia plenus.“ v. infr.

Coner. Catal. Abbat. Saganens. in Ill. Stenzel Script. ver. Sil. I. p. 199.

Johannes Gallici D. P. P.

(† post 1394.)

Vratislaviensis, Archiater Alberti III. Austriae Duc. Princ., a quo Rector et Professor Acad. Viennensis 1382 designatus, munereque hoc functus est usque ad An. 1394. Eum tam ju-

dicandi scientia quam practicandi felicitate coaevos excelluisse dicit Henelius. Gallicius plura scripsit, quae temporum saevitia nobis deperdita sunt.

Confer. Henel Sil. tog. M. S. 1. p. 561. Dan. Rappolt Histor. de Illustr. Siles. Ducatu ap. Sommersberg Script. Rer. siles. I. p. 111.

Sec. XV.

Johannes de Hassia M. et D.

† 1434.

Medicus apud Vratislavienses auctore aed. M. Magdalenae Epitaphio egregius et inclytus: Canonicus Vratislaviensis et Lignicensis, Ecclesiarum Decanus, „Physicus pauperum, praesertim Sacerdotum;“ quo de titulo alias.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 769. — Eph. Nat. Cur. Cent. III. et IX. App. Memor. Jaenisiana auct. Benj. Preuss.

Johannes Hufnagel D. (al. Hufnayl.)

† 1446.

Medicus Vratislaviensis solertissimus (Henel) Pragensis et Olmucensis Ecclesiarum Canonicus.

Confer. Henel Sil. tog. Mst. II. p. 770.

Georgius Pinzer D.

Vix. 1452.

Silesius, cui, quod singulare dicas, contigit ut Rector Patavinus esset Ao. 1452. Alia nulla ad eum ducunt vestigia.

Confer. Matthiae Conspect. histor. Medicor. p. 88.

Martinus Scholtz D.

(vix. post 1458.)

Gryphimontanus, quem Lucae Georgii Podiebrad, Reg. Boh. archiatrum dicit.

Confer. Fr. Lucae Chronica 1. p. 609.

Alexius Thyme, Phil. M. Med. Bacc.

(† 1464.)

Freistadiensis, vir doctus, cujus est Lipsiae in S. Nicolai templo Monumentum aereum.

Confer. Mart. Hanke de Sil. indig. erud. p. 149. Ezechiel Siles. lit. Mst. p. 176. *Epitaphium quod diximus non invenit.*

Martinus Heilmann D.

c. 1471.

Schmiedebergensis Vladislai regis Archiater; in Bohemia degit.

Confer. Lucae Chron. I. p. 609.

Maximilianus Teichmann D.

post 1471.

Boleslaviensis, Heilmanni in Vladislai R. Archiatria Collega.

Confer. Lucae Chron. I. p. 609.

Vincentius Swofheym de Legenitz D.

vix c. 1441 — 1475.

Silesius, medicus Goerlicensis et Apothecarius, ex urbis Consulibus ab Ao. 1441 — 57. cujus pater Johannes Ao. 1444. Rector fuit Academiae Lipsiensis. Vincentius inde ab Ao. 1457 Vicarius Parochiae Goerlicensis dictus est, postremo Canonicus Eccles. Budissinensis (1475.)

Script. Rev. Fzechiel habuit Codicem chart. Mst. Ao. 1454. scriptum, cui inerant:

I. Regimen praeservativum ab Epidimia Vincentii Swofheym de Legenitz M. D.
II. Aliud Regimen medicinale, (qui uterque liber $3^1/_4$ plagulis constat.)

Confer. Ezechiel Siles. literat. Mst. P. III. p. 17. — Gabr. Funcke's kurzer Entw. der Lebensgesch. aller bei dem Görlitzer Kirchendienst etc. gewesenen geistl. Personen Cap. 1. p. 7 — 8. J. Knauth Andenken der Görlitzer Apotheker. (cl. Jancke Soc. Gorlic. Nat. Cur. Secretarius in litt.)

Martinus Curtz Art. et Med. D. (al. Curtius.)

† 1481.

Medicus Vratislaviensis, cujus sepulchrum in aed. Mar. Magdal. extat.

Confer. Gross Silesiae et Lusatiae Sidera Mst. Bibl. Rhedig. *)

Augustinus Crafft Phil. et Med. D. P. P.

flor. 1484.

Natus Vratislaviae, claruit ingenii et doctrinae et experientiae nomine in Acad. Erphordiana, ubi Professoris titulum et medicus et philosophus cum omnium applausu sustinuit, crassamque barbariem suo loco pro virili exigere annixus est; vir plane notabilis, cujus e gente descendit Joh. Crato a Crafftheim, qui hunc Augustinum laudat in prooemio Consultation. medic. J. B. Montani.

Confer. Henelii Sil. Tog. Mst. lib. V. p. 753. Melchior. Adami Vitae p. 116.

Thomas Hertel M.

(vix 1485.)

Javoriensis, quem inter Philosophiae Magistros, Medicinaeque Baccalaureos Academiae Lipsiensis laudant ad An. 1485.

Confer. Mathiae Conspect. p. 109.

Martinus Rynkenberg M. A.

(Abbas Monast. August. Sagan.)

1468 — 1489.

Filius fabri aerarii, frater amicae eiusdemque postea uxoris Conradi Ducis Oelsnensis, qui Niger cognominatur. Hujus auxiliis Lipsiam missus Rynkenberg Magisterium adeptus est: quo facto a Conrado Duce Concellarius dictus est, postremo Abbas Saganensis Ao. 1468. — Vir fuit licentioris, sive mavis, pravi ingenii: sed idem tamen optimis studiis et exercendae Medicinae deditissimus, latini et teutonici sermonis apprime gnarus.

Confer. Catal. Abbat. Saganens. in Stenzel Script. rer. Siles. 1. p. 357 — 398.

*) Opus perrarum, cujus usum benevole mihi concessit Summ. Urb. Vratisl. Magistr., notulis numeri paginarum omnino caret.

Guilielmus Blowitz Ph. et M. D. P. P.

† 1502.

Silesius; incertum qua urbe oriundus. Professor Pragensis Medicinae parum, maxime Mathesi operam dedit.

Confer. Gross Siles. et Lusat. sidera Mst.

Vincentius Longinus Ph. et M. D.

† 1502.

Vir eximius, Freistadii Duc. Glogov. natus: Poeta ab ipsa Maximiliani I. Caesaris manu laureatus. Floruit circa initium sec. XVI. atque adeo sub crepusculum quasi litterarum per Germaniam passim ex tenebrarum abysso emergentium. Adversus crassam barbariem ejusque satellites promachus insignis a cel. Pirckheimero laudatur.

Script. Privilegium et erectio Collegii Poetarum et Oratorum in Viennensi Gymnasio per Maximilianum Imp. Ao. 1501. cum Panegyrico de eadam re. Francof. 1602.

Panegyricus in Obitum Maxim. I. Imp. in Freheri Script. rer. germ. Tom. II.

Confer. Henel Sil. tog. Mst. II. p. 722. — Joh. Gottl. Peucker Schlesische Schriftsteller p. 251. qui est codex manuscriptus praetiosissimus posth. Bibl. Societatis Silesiae patr. cultric. — Johnii Parnass. Silesius Cent. II. p. 98. Cunradi Silesia togata p. 177.

Bartholomaeus Mariensüs D.

† 1504.

Patscoviae parentibus tenuioris sortis natus, studiis potissimum Astronomicis, Physicis et Medicis, denique Juridicis deditus, postremo Canonicus templi Cathedr. Vratisl. — Botanicorum Silesiorum antistitem fuisse eum docet Epitaphium, quo auctore

„Herbarum fuerat pariter florumque peritus
„Seminis et medici, quo capit aeger opem.“

Confer. Mart. Hanke de Sil. indig. erud. p. 172 ubi male scriptus legitur „Mariensis.“

Sebaldus Huber D.
† 1504.

Medicus Vratislaviensis „insignis“ ut Monumentum fert in templo Elisabethae positum, et honoratissimus, de Urbe quam optime meritus, inprimis peste Ao. **1442**. saeviente. Plura apud Henelium videas.

Confer. Henel Sil. tog. Mst. II. p. 387. Hanke de Sil. indig. erudit. p. 173. Alia in Msto proh dolor deperdito habebantur cl. Ezechielis Monum. et Inscript. Vratislaviens. Tom. II. p. 523. 621. Tom. III. p. 160. Ezechiel in Sil. lit. Mst.

Martinus Berger D.
† 1505.

Medicus Vratislaviensis, cujus Epitaphium in aede Mar. Magd. extare fertur: quod ut detegerem nondum mihi contigit.

Confer. Gross Sil. et Lus. Sid. Mst.

Johannes Glogoviensis Ph. M.
† 1507.

Glogoviae natus est Ao. **1430**. quem pro patriae decore nemo non habeat. Professor fuit Cracoviensis postremo Canonicus aed. S. Floriani et Collegiat. majoris Collegii quod Artistarum vocatur. Plurimum Cracoviae versatus, philosophia Aristotelica, de qua scripsit et Mathesi quam docuit, Silesiorum nomen apud Cracovienses, Cracoviensium apud exteros ad summam extulit famam. Vir erat quavis eruditione instructissimus, novae lucis a litterarum instauratione orbem illuminantis in Europa boreali inter primos Phosphorus: Theologus, Philosophus, Mathematicus pariterque Medicus.

Script. Innumera, quae optime et diligentissime recensent M. Hanke et auctor libri qui inscribitur Janociana III. p. XXIX. seq. Quae eorum Medicinam attingunt, fere haec sunt:

I. Quaestiones in Aristotelis parva Naturalia i-e. de Sensu et sensili — de Memoria et reminiscentia — de Somno et Vigilia — de Somniis — de somni divinatione — de animalium motu — de vitae longitudine et brevitate — de juventute et senectute, Vita et morte liber — de respiratione — de animalium incessu — de spiritu. *Quae omnia sunt inedita.*

II. De Astrorum judiciis liber ined.

III. De Phisionomia hinc inde ex illustribus scriptoribus, edid. cl. Rud. Agricola jun. Epigraphe ad calcem haeccine est: Impressum Cracoviae per Hieronymum Victorem suis expensis anno Dni 1518 mense vero Julii die septimo.

Rarum hoc exemplum typographicum habetur in Bibl. Reg. et Univ. Vratisl.

Confer. Janociana Tom. III. p. XXIX. — Hanke de Sil. indig. erud. p. 178. Henelii Silesiographia renovata cap. VII. p. 155. Henelii Siles. togata Mst. II. p. 1515.

Sec. XVI.

Nicolaus Lindner D.
† 1510.

Medicus Vratislaviensis: homo parum notus.

Confer. Gross Sil. et. Lus. Sid. Mst.

Georgius Wirth Ph. M. Med. D.
† 1524.

Leomontii nat. Ao. **1470**. Lipsiae ubi litteris incubuit, Magisterium et adeptus est. Mox, nescio an ibidem, Doctoris gradum consequutus medicinam aliquandiu in Carinthia fecit: ac Ludovici Reg. Hung. et Bohem. per aliquot annos Archiater fuit; cujus gratia Sacerdotio donatus et a Budissinis Decanus electus est. Obiit Gorlicii haemoptysi 7mo Id. Mart. Ao. **1524**. aet. **55**.

Script. Quae sunt fere theologica vide nunc rarissima apud Vogtium Catal. libr. rar. p. 724. Medica nulla extant.

Confer. Genealog. Nachr. v. d. alten und berühmten Wirthischen Geschlecht. Lauban 1751. et Suppl. 1754. — Cunradi Sil. togat. p. 338. Henelii Siles. tog. Mst. I. p. 406. — Melch. Adami Vit. medicor. p. 6.

Johannes Puchner D.
† 1525.

Silesius, Illustrium Austriae superioris quorundam Procerum medicus, Lincii ubi vixit major quadraginta annis, febri petechiali extinctus est,

Confer. Schwartzbach Hortul. Med. Ipsum ne confunde cum alio eiusdem nominis medico Sec. XVII. vide Haller. Bibl. Med. pr. II. p. 447.

Johannes Preibisch D.

(ante A. 1526.)

Boleslaviensis, Ludovici Reg. Bohem. Archiater.

Confer. Lucae Chron· I. p. 609.

Johannes Beyer (al. Beier) Ph. et M. D.

† 1527.

Civitatis Lignicensis primus Physicus.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 17.

Christophorus Jodoci D. P. P.

vix. c. A. 1510—1530.

Lignicensis, Doctor in Academia Vitebergensi Ao. **1510.** promotus, qua in eadem Academia postero tempore Medicinam docuit Professor.

Confer. Gross Sil. et Lus. sidera Mst.

Franciscus Mymerus M.

(circa A. 1532.)

Leomontanus in Academia Cracoviensi literas Latinas atque Graecas docuit. Quae ejus Medicinam attingunt:

Script. Regimen Sanitatis medicorum Parisiensium pro tuenda sanitate Regis Angliae compositum: docens quomodo quilibet homo se per singulos totius anni menses cum in esu et potu tum in venarum incisione gerere debeat Mag. Francisci Mymerii Silesii Rhythmis germanicis et Polonicis exornatum. 1532. 8.

Johannes Coppus D.

(c. 1536.)

Medicus Francosteinensis, Caroli I. Proregis Duc. Monsterbergensis Archiater, cujus impensis pharmacopolium Francosteinae fere primum publicis usibus adornavit: insuper ibidem plures aedes exstruxit.

Confer. Heneli Sil. tog. Mst. II. p. 290.

Franciscus Emericus (Emmerich) D. P. P. et Consil.

scr. 1537.

Troppaviae natus, in Acad. Viennensi medicinam exercuit Professor maxime clarus, laude floruit Clinicus, arte diagnostica excellens, idem a Ferdinandi I. Imp. consiliis fuit, interque primos qui vanitate Uroscopiae explosa, veriorem Galeni disciplinam sequerentur.

Script. I. Usus dexter auxiliorum medicorum. Norimb. 1537. 4. *Opusculum praeclarum.*

II. Oratio de re medica ap. Jo. Gg. Schenck in Bibl. med. laudatur.

Anselmus Ephorinus M. et D.

† post 1542.)

Pacimontanus, Cracoviam ad studium literarum se contulit, ubi annos XXIII. natus Magisterii honores meruit: dein iuvenibus binis in Germania, Gallia et Italia peregrinantibus comes et mentor additus, Patavio Doctoris titulum deportavit et a Carolo V. Imp. nobilitatis insignia obtinuit: redux Cracoviae Physicus constitutus est. Amici summique ejus laudatores fuere Erasmus Rotterodamus et Joh. Lange: nec immerito videtur tantis viris placuisse.

Script. I. Caji Plinii in libros historiae natur. praefatio quae I. librum occupat diligenter recognita et in veram Plinianam lectionem restituta. Una cum indice summatim XXXVII. librorum Plinii argumenta indicante Cracoviae 1527. 4. 1529 4.

II. Caji Plinii Sec. naturalis historiae liber XXIX. medico commentario distinctus et illustratus. Cracoviae 1530. 4.

III. Medicinale Compendium ad ampl. urb. Cracov. Senatum Cracov. 1542. 8.

Confer. Janociana Tom. I. p. 73 — 76.

Matthias Auctus D. Phys. Vrat. I.

(† 1543.)

In Civitate Vratislaviensi omnium primus munere Physici, quem vocant, ab An. **1533.** functus est. Hunc Virum ingenii acris, judicii sagacis, in doctrina veterum Hippocratica et Galenica bene edoctum dicit Henelius.

Scripta. Pestunterricht. Breslau, 1542.

Confer. Memoria Jaenisiana in Eph. Nat. Cur. Cent. III. IV. App. p. 15. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 211.

Martinus Girbick (vel Gerbicius) D.

† 1547.

Patria Hainoviensis, Friederici II. Duc. Lignic. Archiater ejusdem ac Val. Trocendorffii amicus indissolubili necessitudine conjunctus, medicus excellentissimus et eruditissimus. Henel.

Confer. Henel Sil. tog. Mst. II. p. 5.

Hieronymus Nicolai D.

† 1548.

Medicus Lignicensis Ao. 1518 natus qui fere in hominum ignoratione versatur.

Confer. Gross Sil. et Lus. Sidera Mst.

Dominicus Weiss D. Phys. Vrat. II.

c. 1550.

Physicus Civitatis Vratislaviensis alter Matthiae Aucto viventi accessit Ao. 1540. a quo tempore bini semper simul Physici Vrat. fuerunt.

Confer. Eph. N. C. 1. c. Memoria Jaenisiana l. c. p. 188.

Gandolphus Greuserus Ph. et M. D.

† 1552.

Vratislaviae medicus urbanus obiit Ann. 1552.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 100.

Joachimus Achilles D.

† 1555.

Silesius Svidnicensium Physicus primus. Extinctus est Svidnicii 4 Dec. 1555.

Script. Regiment und Ordnung wider die Pest. Breslaw. 1542. 4.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 1. Peucker Schles. Schriftsteller Mst. p. 4.

Antonius Niger (s. Nigrinus) Ph. et Med. D. P. P.

flor 1536 † 1555.

Vratislaviae, cui decus, natus. Lipsiae et Erphordiae philosophicis studiis imbutus fuit. Magisterio in Erphordiana Academia propter invidiam sibi recusato, medicinae operam dedit et Patavii gradum Doctoris medici conscendit. Quo facto Marpurgi Physicam, Medicinam graecasque litteras professus est, dum ad artem exercendam Brunsvigae acciretur; ibi obiit die 5. Jun. 1555. Fuit Melanchtonis, Joachimi Camerarii, Hessorum, Eobani et Johannis amicus, non solum Medici eruditi sed et Poetae fama florentissimus, tanti existimatus, ut Johannes Hessus Vratislaviae contra Pontificios disputaturus, non alios quam hunc ipsum ob summam graecae et hebraicae linguarum peritiam, et. Val. Trocendorffium adsciscendos sibi putaret. Praeterquam quod Psalmos Davidis graecis verbis reddidit et Meczleri Grammaticam in ordinem redegit, ejus de Medicina haec exstant:

Script. I. Consilium de tuenda valetudine. Lips. 1555. 8. Viteb. 1573. 8. 1581. 8.

II. De decem praecipuis erroribus et abusibus propter quos apud nonnullas gentes praeclara medicinae ars mulierculis, Judaeis ac impostoribus velut praeda relicta misere jacet. Hamb. 1590. 8.

III. Consilia Msta apud Casp. Schwenckfeldt servata fuisse testatur Joh. Gg. Schenk a Graffenberg in Bibl. med.

Confer. Henelii Sil. togat. Mst. II. p. 216. — Ezechiel Siles. literata Mst. p. 239. Melch. Adami Vitae Germ. Med.

Davides Milesius D.

c. 1556.

Nissenus, Medicus et poeta, Francofurti ad Viadr. ad Doctoris gradum promotus Ao. 1556.

Script. Montium Germaniae descriptio metrica. — Elegia ad Duc. Borussiae; cum proverbio: homo homini Deus (scr. Ao. 1547.)

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 391.

Andreas Aurifaber Phil. et Med. D.

† 1558.

Natus Vratislaviae Ao. 1513, Alberti Princ. Borussiae Archiater, postremo Acad.

Regiomontanae Professor; obiit apoplexia correptus aet. ann. 46. (Frater ni fallor, celeb. Theologi Johannis Aurifabri.)

Script. I. Phaemonis Cynosophion Andr. Aurifaber interprete Viteb. 1545. 8.
(*Hocce Graecum opusculum Demetrio Pepagomeno haud indubitanter adscriptum, quo fere uno antiquitatis ars veterinaria ad nostram memoriam propagata est, primus latine vertit noster.* Conf. Haller Bibl. Med. pr. 1. p. 523.)
II. Historia Succini Regiom. 1155.] 4. 1572. 8.

Confer. Cunradi Siles. tog. p. 10-

Wenceslaus Praetorius D.

flor. post 1560.

Physicus Boleslaviensis, Poeta linguae graecae doctissimus.

Confer. Gross Siles. et Lusat. Sid. Mst.

Fabian Kindler Ph. et M. D.

† 1561.

Vratislaviensium medicus satis celebratus. Extinctus est die XIX. Jan. Ao. 1561.

Confer. Cunrad Sid. tog. p. 149.

Joh. Bapt. Moibanus Ph. M. MD.

† 1562.

Clarus clari Ambrosii Moibani filius natus Vratislaviae Ao. 1527. Vitebergae Magister creatus, Patavii et Bolognae litteras medicas edoctus medicinam fecit inde ab Ao. 1555 Ambergae, ab Ao. 1558 Augustae: ubi extinctus est Tritaeophya. Praeter artem medicam Musicen et Picturam calluit: Antiquis in litteris adeo versatus fuit ut graeca tanquam vernacula uteretur lingua; excelluit Astronomia et inprimis Botanice: cum Melanchthone, Cratone, J. B. Montano, J. J. Fuggero consuetudine coniunctus fuit.

Script. I. De usu et abusu sensuum. (ined.)
II. Pedacii Dioscoridis ad Andromachum de curationibus morborum per medicamenta paratu facilia Lib. II. editi partim a Joh. Moibano partim post ejus mortem a C. Gesnero, in latin. conversi, adjectis ab utroque interprete symphoniis Galeni et aliorum. Argentorati 1565. 8.
III. Giftjäger, herausgeg. v. Guil. Triphyllodacnus. Norimb. 1567. 8.
IV. Poeses graecae et latinae variae.

Confer. Melch. Adami Vitae Med. p. 53. — Henelii Sil. tog. Mst. I. p. Kundmanni Silesii in numm. p. 280. — Cunradi Sil. tog. p. 189. — Henschel Erinn. an ber. Aerzte Schles. in Correspondenzbl. der Schles. Gesch. f. Vaterl. Cult. 1. Heft p. 320.

Matthaeus Heuslerus Ph. M. PP.

† 1563.

Sauravio-Silesius ob artis peritiam a Joa. Camerario maxime laudatus, Lipsiae Anatomes Professor vitam posuit.

Confer. Melch. Adami. Vit Med. p. 56.

Johannes Beier Ph. et M. D.

† 1565.

Physicus Lignicensis, caeterum ignoratus.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 15.

Johannes Lange Ph. et Med. utr. D. P. P.

† 1565.

Leorinus nat. Ao. 1485. Lipsiae ubi ad studia incubuerat et D. creatus exiit, scholas de Proclo et Plinio aperuit, quibus adfuit ipse Joa. Camerarius; ibidem Ao. 1518. Rector magn. electus est. Tum Bolognae moratus est ac Pisae Ao. 1522. gradum doctoris medici conscendit; inde redux factus Electorum quatuor Palatinorum, Ludovici, Friederici II., quocum per XXXVII. ann. Europam peragravit et cujus castra bis in Turciam secutus est, denique Henrici et Friederici III. Consiliarius et Archiater, nec non Professor Heidelbergensis obiit die 21. Jun 1565. Historiae rei medicae lux, Medicinae antischolasticae fere auctor: patriae summum decus.

Script. I. De Syrmaismo et ratione purgandi per vomitum ex Aegyptiorum invento et formula. Lugd. 1552. 8. 1607. c. Dioclis Caryst. Epist. de morbor. praesag.
II. Epistolar. medicinal. Op. miscellan. Basil. 1554. 4. Francof. 1689. 8. ed. valde auct.
III. Themata aliquot chirurgica ex epist. Tiguri 1555. fol.
IV. De tuberibus morbi gallici Epistola. Venet. 1566.
V. Compendiaria pestis curandae methodus. 1566.
VI. Consilia quaedam et experimenta. Ulm. 1676. 4.
VII. De scorbuto Epist. II. Wittenb. 1624. 8.

Confer. Eberti Lcorin. Erud. no. XL. pag. 31. Teissier Eloges des hommes scav. P. II. p. 193. Crusii Vergn. müss. Stund. P. VIII. p. 59. 78. Johnii Parnass Sil. cent. 1. p. 117. Melch. Adami Vit. Medicor. p. 61. Freheri Theatr. Vir. erud. p. 1257. Henclii Silesiogr. renov. II. p. 252. Henschel Correspondenzbl. l. c.

Albertus Corvinus D.

(† 1566.)

Duc. Lignic. Archiater, urbis aestumatissimus medicus, qui cum in sublimi gloria et lucro pingui vixisset, vivere desiit die XXI. sept. **1566**. Henel.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 18.

Balth. Haesler D.

† 1567.

Lignicensis, Goldbergae Trocendorffium Vitebergae Lutherum et Philippum audivit, Lipsiae Medicinae studuit, Bononiae in amplissimum M. D. gradum promotus est, Zittaviae Budissinae et Annabergae medicinam fecit. Vratislaviae obiit medicus urbanus die XXVI. Mart. **1567**. aet. ann. 59. Vir praeclarus. Henel.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 768.

Zacharias Stopius D. et Arch.

c. 1569.

Vratislaviae natus, Civitat. Rigensis Physicus, Guilielmi Marchio-Brandenb. Archiepisc. Archiater. Laudatur in epist. Joh. Caselii ad Joh. Cratonem Sept. Ao. **1569**. Rostochii scripta, Stopii eruditio.

Script. Tract. de Peste. (*Henel.*)

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 657.

Adamus Schroeter M. P. L.

(c. 1569.)

Quamvis ad medicos non sit referendus, sed philosophis potius et poetis annumerandus, vir hicce Nissensis qui Cracoviae et studiorum et vitae curriculum peregit, locum tamen, quem dedimus usurpet propter:

Scripta. Praeter enim plura carmina, et Epithalamia et Elegiaca quae edidit, inter primos fuit qui Theophrastum Paracelsum latinitate donarent et in litteraturam academicam introducerent.

I. Archidoxae Phil. Theophr. Paracelsi magni Lib. X. studio et diligentia Adami Schroeteri in lat. serm. translati; marginalibus annotationibus et indice copiosissimo per Joh. Greg. Macrum, Phil. et Med. adjectis. Cracos 1569. 4.

II. De Praeparationibus Ph. Theoph. Paracelsi Lib. II. Cura et industria Ad. Schroeteri etc. Cracoviae 1569. 4.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 274. Janociana Vol. II. p. 247.

Joachimus Gerlach D.

† 1570.

Javoriae natus ac Physicus ibidemque mortuus die XV. Oct. **1570**.

Confer. Cunradi Siles. tog. p. 9.

Joh. Hiller D.

c. 1570.

Boleslaviensis, March.-Brandenb. Oholzbacens. Archiater.

Confer. Gross Siles. et Lusat. Sid.

Johannes Schitler Ph. M. et M. D.

c. 1570.

Confer. Ezechiel Sil. lit. Mst. p. 167.

Script. I. Etlicher fürnehmen Krankheiten menschl. Lebens fleissige Betrachtung, was sie seien, was sie für Ursach haben, wie die erkennt und curirt sollen werden. 1570. 8.

II. Regimen praeservationum et curationum febris pestilentialis et morbi anglici sudorini. Nissae, apud Joh. Cruciger 1581. 8.

Johannes Bartholomaeus D. P. L.

(† 1571.)

Suidnicensis medicus magis Musis, quam Aesculapio amicus. Nam poemata edidit Bartholomaeus Andreades. Eruditum nomen ei tribuit Henelius.

Confer. Henel. Sil. tog. Mst. II. p. 659. Cunradi Sil. tog. p. 12.

Bartholomaeus Reusner Ph. et M. D.

† 1572.

Leorinus, ex inclita Reusnerorum familia oriundus vir et ipse eximiae doctrinae (Henel) et inter aevi sui primos laudatissimus. Medicinam fecit primo Vratislaviae, dein Zittaviae, ubi mortuus II. Cal. Novbr. **1572.** aet. **41.**

Script. I. Tractatus de febribus. Vratisl. 1561. 8. II. Kurze Erklärung u. gründliche Widerlegung der unerhöhrten Gotteslästerungen u. Lügen welche Theophrastus Paracelsus etc. wider Gott, sein heilig Wort u. wider die löbliche Kunst der Arznei ausgeschüttet. Görlitz 1574. 8.

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. I. p. 950. — Ejusd. Sil. renov. p. 255. — Cunradi Sil. tog. p. 236. — Ezechiel Sil. liter. Mst. p. 178.

Joachimus Curaeus Ph. et M. D.

† 1573.

Natus Freistadii **23.** Oct. **1532.** patre Gregorio, urbis praetore (Stadtrichter), cui nomen olim Scherer, ex discipulis Trocendorfii optimis unus (**1543**) Wittenbergae Philosophiae studuit (**1550—54**). Ubi postquam Magisterio donatus est, ludimagister Gymnasii Freistadiensis (**1554—57.**) extitit. Tum addiscendae Medicinae causa Paduam petiit et ab Ulysse Aldrovando **1558.** in Doctoris gradum promotus est, inde Silesiam redux, artem Glogoviae Physici munere ornatus exercuit ad mortem usque (die **21.** Jan. **1573** al. **1574**) ut arbitrantur veneno effectam. Aet. Ao. **40.**

Script. Praeter classicum opus inscriptum : Gentis Silesiae Annales. Viteb. 1571. fol. plura theologica et grammatica edidit. Quae Medicinam attingunt, fere haec sunt:

I. Joach. Curaei Libellus de natura et differentia colorum, sonorum, odorum et qualitatum tangibilium. Viteb. 1567.
II. Physica sive de sensibus et sensibilibus. Viteb. 1581. 8.
III. De Sensu et sensibili. 1593. 8.
IV. Consilia medica. Op. posth. Hanov. 1610.

Confer. Joh. Ferinarii narratio historica de vita et morte Joan. Curaei. Lignic. 1601. 4. — Peucker Schles. Schriftst. Mst. p. 69. — Melch. Adami Vitae Med. p. 84. — Freheri Theatr. erud. p. 1266. — Ehrhardt Glogauische Kirchen- u. Schulgesch. p. 358. — Cunradi Sil. tog. p. 51. — Henel. Sil. p. 358.

Balthasar Scheider D. PP.

Phys. Vrat. V.

† 1574.

Natus Vratislaviae Ao. **1524**; postquam Vitebergae Euclidem privatim, Regiomontii Mathesin publice professus est, Vratislaviae quod reliquum vitae fuit, medicinae impendit faciendae. Physicus ab Ao. **1556.** hic obiit A. **1574.** Aet. **50.**

Script. I. Diss. in aliqua circa Sphaeram Procli h. e. contra nonnullorum de soliditate orbium, Galaxiae itemque systematis mundani constitutione sententias, modernorum sagacitate, arundinisque dioptrica perspicuitate refutatas. Argentorati 1654. 4. (recus.)
II. Aliquot Consilia medica apud Scholzium Hanov. 1610. (posth.)
III. Bericht wie bei jetzund regierenden schwährlichen Seuchen der Pestilenz sowohl die Kranken als die Gesunden sich zu verhalten. Breslau 1568. 4.
Nescio Balthasari Hallerus nomen Bartholomaei impertivit, sed is aut alius fuit, aut nullus.

Confer. Cunradi Sil. togata p. 262. Memor. Jaenis. l. c. p. 188.

Antonius Faber D.

† 1574.

Hirschbergae Ao. **1505.** natus est. Tum Bononiae promotus, Freibergam Misniae commigravit medicus idemque Physicus. Ibi morte defunctus est die XVII. Jan. **1575.** impletis officii sui partibus ann. **34.** Nominat Henelius noster Fabrum medicum excellentissimum, bonis literis non leviter tinctum, sed imbutum.

Confer. Henel. Sil. tog. Mst. II. p. 23.

Elias Montanus D.

post 1576.

Natus Strigoviae. Archiater Joh. Georgii Ducis Lignic.

Confer. Gross Siles. et Lusat. Sid. — Lucae Chron. I. p. 624.

Bartholomaeus Seiffert D.

post 1576.

Libenthalii natus, Rud. II. Imp. Archiater.

Confer. Lucae Chron. p. 609.

Johannes Spremberger D.

Phys. Vrat. IV.

† 1577.

Vratislaviae, ubi Ao. **1511**. natus fuit, ab Ao. **1545**. Physicus per ann. **30** laudatissimus. Reddidit ubi acceperat naturae vitam **22**. Febr. **1577**. aet. ann. **66**.

Script. I. Kurtzer und gründlicher Bericht, Rath und Hülfe wider die Pestilentzialische Krankheit. Bres lau 1555. 4.

II. Bericht von zweierley Geschlecht der pesti lenzischen Fieber, eines das sich mit Beulen, Mackeln oder Geschwüren anzeiget, das andere das man die Schweisssucht nennt. Breslau 1568. 4.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 293. — Ezechiel Sil. litt. p. 215. — (*Epitaphium in aed. Sanct. Elisab. extat. Conf. Ezechiel monum. et inscr. Vratisl. Tom. II. p.* 603.)

Christophorus Engel Ph. M. D.

† post 1578.

Nat. Vratislaviae **15**. Jan. Ao. **1537**. Lipsiae et Tubingae (ubi Doctoris dignitatem capessivit **24**. Jul. **1571**.) litteris imbutus fuit, Leonhardi Fuchsii, celebris Botanici discipulus. Dein longis itineribus per omnem Europam australem et ipsam Africam terra marique variis casibus circumjactari coeptus est, tandem in Silesiam redux, Archiater Comitibus quibusdam de Gorcka fuit. Posnaniae, ibi uxore ducta, mortuus est anno nescitur quo.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 240. — Cunradi Sil. tog. p. 65.

Johannes Rumpler D.

† 1578.

Sprottaviae Ao. **1529**. natus, Lignicii cujus urbis Physicus fuit, defunctus **30**. Decembr. Ao. **1578**. aet. **49**.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 252.

Henricus Paxmann Ph. M. D. PP.

† 1580.

Qui si ibidem ubi Rector Scholae fuit oriundus est, Lignicensis nuncupabitur. Satius constat, eum ad idem Goldergae munus sustinendum Lignicio abiisse, et rursus Goldberga, ut munere Professoris Med. Francofurtani ornaretur. Obiit Francof. XI. Jul. Ao. **1580**.

Script. Propositiones de partibus humani corporis et Methodo. Viteb. 1556. 8. — (Haller Bibl. anat. I. p. 210.)

Confer. Gross Sil. et Lus. sid. Mst.

Georgius Wirth II. D.

† 1580.

Leomontanus, qui Academia Vitebergensi, ubi Doctor creatus est, licta, in Italia prosecutus est studia, indeque in Germaniam redux praematura morte Viennae occubuit Ao. **1580**.

Confer. Gross Sil. et Lus. sid. Mst.

Christophorus Schilling

Ph. et M. D.

† 1583.

Nat. Francosteinii Ao. **1534**. Magnam vitae partem juventutis institutioni et educationi impertivit, adeo ut per ordinem Scholis Vratislaviensi, Hirschbergensi, Ambergensi, Heidelbergensi Rector praeesset. Quo tamen misso negotio Medicinam perdiscendi causa Italiam adiit Galliamque. Ibi in Montepessulana Academia Ao. **1579**. Doctor renunciatus postquam Lincium Austriae petiit, medicinam magna cum laude fecit, dum obiret **16**. Oct. Ao. **1583**. Fuit inprimis graecis latinisque litteris institutus ac summis sui temporis viris familiariter usus est. Sic v. gr. inter suos numeravit Melanchthonem, Dudithium, Cratonem, Thomam Erastum, Theodorum Zwingerum, Fabricium ab Aquapendente, Hier. Capivacci, Ulyssem Aldrovandum, Bernardinum Telesium etc., ac laurea ab ipso Laur. Jouberto condecoratus est. Eundem tamen falsa Crypto-Calvinismi fama suspectua Balthas. Tilesio proterve consectatum et alia multa a liberis plane degeneris vexavit miseria domestica.

Script. Praeter Epithalamia nonnulla et carmina graeco-latina (Genev. 1560.) sunt quae ad medicinam faciunt haec proferenda:

I. De dolore capitis. Lips. 1619. 4.

II. Epistolae in Laur. Scholz epist. phil. med. et chym. Francof. 1598.

Confer. Bayle Diction. crit. — Henelii Siles. tog. Mst. p. 969. — Johnii Parnass. Siles. Cent. II.

Abrahamus Seiler (Seyler) D

† 1583.

Ill. PPrr. Lygio-Bregens. Consiliarius et Archiater postremo Vratislaviae 17. Novembr. Ao. 1583. aetatis ann. 52. obiit.

Script. Tota oeconomia hominis nascendi sub schemate quinque casuum forensium ventilata. Basil. 1703. 4.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 286. — Henel. Sil. tog. Mst. I. p. 606.

Caspar Hoffmannus Ph. M. D. PP.

† 1584.

Nat. Leomontii 1. Oct. Ao. 1529. Doctor Francofurti factus ibidemque postea Philosoph. Professor, tum Electoris Brandenburg. Archiater; mortuus Coloniae ad Suevum 1. Aug. Ao. 1584. aet. ann. 54. Fuit omni doctrinae genere conspicuus, vitae integerrimus, in litteris humanioribus et poeticis inprimis versatissimus.

Script. I. Tractatus de Thermis Hirschbergensibus cum Joh. Cratonis Consil. et epist. Med. Francof. 1591. 8.
II. Consilia et epist. med. in Laur. Scholzii Consil. et epist. med. Francof. 1610.
III. Oratio de barbarie imminente. Bresl. 1620.

Confer. Eberti Leorin. erudit. p. 24. — Henel. Sil. tog. Mst. I. p. 622. — Ejusd. Silesiogr. renov. cap. VII. p. 253. — Cunradus l. c. p. 130. *Cave nostrum cum Casp. Hoffmanno Prof. Altdorfino confundas celeberrimo.*

Carolus Oslewius D.

† 1584.

Oelsnae natus. Heidelbergae inde ab Ao. 1574 primum studiis theologicis deinde medicis se dedidit. Mox in Doctoris gradum promotus Rudolphio II. Imp. medicus aulicus factus est. Sed praematuram mortem occubuit Pragae die XXIV. Jun. Ao. 1554. febri petechiali. Noster a P. Monavio in Epist. quae apud L. Scholzium extat, magnopere laudatur.

Script. Epistolae variae, quae Laurent. Scholzii epist. Francof. 1598 edit. insunt.

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. II. p. 25. — Ezechiel Sil. litt. Mst. p. 29.

Tobias Coberus M. D.

† 1585.

Natus Gorlicii 14 Dec. 1529. Aliquando Leobergensis Physicus obiit 1. Jul. 1585. aet. ann. 55. Fluctuat ipse sit Tobias an filius, quem Medicum castrensem Hallerus vocat.

Script. I. De lacte et pultibus quibus infantes passim sustentantur. Gorlic. 1595. 8.
II. De paralysi in morbosa constitutione et solutione continui. Helmstad. 1595. 4. (*An vero Cobero filio haec commentatio debetur?*)
III. Observationum Castrensium et ungaricarum Decas I. Austriaca. Decas II. Silesiaca. Decas III. Suevica. Quae sunt decades seor sim editae Francof. 1606. 8., junctim Helmst. praefante Henr. Meibom. (*Haut spernendum esse opus Hallerus judicat etsi superstitionis non sit expers. Tamen hoc praecipue licet ambigas utrius sit, patris an filii.*)
IV. De phlegmone uteri. Basil. 1612. 8.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 42. — Ezechiel Sil. litt. Mst. p. 212.

Johannes Crato a Krafftheim,

Dom. in Rückers, Ph. et Med. D., Comes Pal. Consiliar. Caes. et Arch. Phys. Vrat. IV.

† 1586.

Medicorum Silesiorum, ut uno verbo absolvam, hic fere princeps, natus est Vratislaviae 22. Novembr. Ao. 1519. (al. 1520.) patre Christoph. Krafft. Vitebergae Theologiae studuit, quum magno Luthero, cujus ipso convictu per 6 annos summaque familiaritate usus est, hortante ad Medicinam se contulit, adjecta Dialectice, quo studiorum genere intimo amicitiae vinculo cum Joan. Camerario conjunctus fuit. Inde consueto hoc temporis more in Italiam profectus, Pataviae apud J. B. Montanum moratus est et in Doctoris gradum se promovendum curavit. Redux postea in patriam factus trium Imperatorum Ferdinandi I., Maximiliani II. et Rudolphi II. Archiater extitit omni honoris genere ipsaque nobilitate (a Max. II.) donatus. Degit modo Viennae modo in Silesia in praedio prope Reinerz ad mortem usque quae Vratislaviae consequuta est marasmo, accedente catarrho suffocativo 9. Nov. Ao. 1585. aet. ann. 66. off. 36. Verba fere desunt, quibus Cratonis merita brevius exponam aptis.

Script. I. J. B. Montani Idea doctrinae Hippocraticae de generatione pituitae: de melancholico humore; de coctione et praeparatione humorum; de victus ratione edente J. Cratone. Basil. 1555. 8.

II. Alfonsi Bertolii et Cratonis methodus generalis et compendium ex Hippocratis, Galeni et Avicennae placitis depromptum. Venet. 1556. 8. Lion. 1558. 12. 1558. 8. Francof. 1608. 8.

III. Ordnung der Präservation wie man sich zur Zeit der Infection verwahren, auch Bericht wie die rechte Pestilentia erkandt und curiret werden solle, etc. etc. Bresl. 1555. 4., aufs new übersehen und corrigirt 1585.

IV. Isagoge Medicinae. Venet. 1560. 8. (Francof. 1671.)

V. Methodus therapeutica ex Galeni et Montani sententia. Basil. 1563. Francof. 1571. 9.

VI. Von der Pest u. Präservation. Strasb. 1576. Bresl. 1584. 4.

VII. Assertio pro libello suo germanico in quo pestilentem febrem putridam ab ea quae a contagione oritur etc. discernit. Francof. 1585. 8.

VIII. Auserlesene Arzneykünste. Frankf. 1590. 8.

IX. Parva ars medicinalis. Francof. 1593. 8.

X. Consilia et Epistolae medicinales lib. III. Francof. 1591—1611. 8. Francof. 1620. 4.

XI. De morbo Gallico Commentarius. Francof. 1694.

XII. Oratio de sacra philosophia. Francof. 1694. 8.

XIII. J. B. Montani in libb. Galeni de elementis, de natura humana, de atra bile, de temperamentis Perioche methodica, edente Joh. Cratone. Hanau 1595.

XIV. Epistola ad Sambucum de morte Imp. Maximilani II. ex ed. C. G. Gruneri. Jenae 1781. 8.

XV. Geheime Nachricht von der letzten Krankheit und dem Tode K. Maximilianus II. (S. Chr. Gl. Budeus Nützl. Samml. versch. meist ungedr. Schriften, no. 34. p. 190.

XVI. Oratio funebr. de Maximiliano II. Imp. Francof. 1577. 4.

Epistolae quaedam in Eman. Weberi Dec. III. epist. viror claror. Francof. 1702. 5.

Brevis descriptio Silesiae in Ortelii Theatr.

Synopsis Historiae urbis Vratislav. Mst. inest Henelii Breslographiae, quae Cod. Mst. Biblioth. Rhedigeran. continetur.

Jacobus Wann D.

† 1585.

Nat. Suidnicii Ao. 1555, ibidemque Physicus, homo caetera obscurus.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 325.

Jeremias Engel D.

c. 1585.

Vratislaviensium peste saeviente medicus.

Confer. Cl. Pol. Zeitb. d. Schles. ad ann. 1585.

Marcus Pauer D.?

c. 1585.

Medicus Vratislaviensis ibidemque Balneator circa ann. 1585. pestilentem.

Confer. Pol. l. c. ad ann. 1485.

Melchior Cruschius D.

c. 1586.

Javoriensis fuit: accepto Ao. 1586. Helmstadii Doctoris nomine, Physicus Hildesiensis.

Confer. Gross Sil. et Lus. sid. Mst.

Laur. Luck a Boguslawitz Ph. M. D.

† 1586.

Natus Olsnae 26. Aug. 1557. defunctus in Italia Novembr. ann. 1586. aet. 29.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 178.

Johannes Woysselius Ph. M. D. Arch.

† 1586.

Natus Vratislaviae 1. Jan. 1544. † ibid. 21. Febr. 1586. aet. ann. 42. Medicus et Chirurgus nobilissimus (Henelius) in morbo gravi Rudolphi II. qui omnes medicorum aulicorum conatus illuserat, ab ipso Cratone felici eventu accersitus. Arcanum cujus ope Caesarem sanavit, ne Cratoni quidem tum temporis revelatum, erat Petroselini decoctum, syrupis quibusdam distemperatum.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 734.

Martin Boreck D.

circa 1587.

Pauli Boreck D. filius, Vratislaviensis medicus, magis in Historia scribenda, quam in Medicina clarus.

Script. Geschichte von Böhmen. 2 Vol. Viteberg. 1567 fol.

Confer. Herzii Biblioth. germ. P. IV. no. 891. — Struvii et Buderi Bibl. Histor. cap. XIX. p. 1507. Peucker Schles. Schriftst. Mst. p. 43.

Paulus Closius Ph. M. D.

† 1587.

Vratislaviensis, Physicus Glacensis † 30. Mart. Ao. 1587.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 41.

Johannes Jacobus Jockissus s. Jacobellus Ph. et M. D. PP.

† 1587.

Lignicii natus, Francofurti eruditus, ibidem D. creatus Ao. 1559. In professorum Medicinae simul Matheseos numerum receptus Ao. 1562. obiit Francof. 1587. aet. ann. 84., vel ut alii volunt ann. 89. Fuit doctissimus Orientalium linguarum, et inprimis Matheseos cultor: medicus fere Hippocraticus ipsaque summa senectute mira memoriae vi praeditus.

Script. I. De dignitate medicinae Francof. 1563. II. Fundamentbuch inhaltendt mancherley wohl geformte teutsche u. lateinische Schriften. Heidelb. 1575 fol. Strasburg 1592. 4. — *Innumera, quae scripta reliquit, blattae tineaeque perdiderunt.*

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 30. Cunradi Sil. tog. p. 137. Peucker Schles. Schriftsteller. Mst. p. 168.

Hieronymus Wildenberg s. Ferimontanus alias Cingularius, Ph. et M. D.

† 1588.

Vir hic πολυώνυμος, qui paternum nomen gerit Gürtler (Cingularius) lucem vidit 1595. in pago Wildenberg prope Goldbergam sito. In Italia literas instructus et ad Doctoris gradum promotus, Rector scholae Culmensis in Borussia factus est. Deinceps Gymnasium Goldbergense, quod aliquando Trocendorfii nomine clarum, constituit Ao. 1503. et mox Thoruniense Boruss. Apud Thorunienses postquam Physicatum obtinuit sera ibi morte Ao. 1588. annos natus magis nonaginta, rebus humanis exemptus est insignior philosophus quam medicus.

Script. a) Philologica: Grammatica lat. Lips. 1511. 1512. 4. — Ars conficiendi epistolas Tulliano more. Lips. 1514. 1516. 1517. 4. — Libellus de vocum proprietatibus 1514. — Synonyma varia latini eloquii 1514. 1515. 1516. 1518. 1529.
b) Philosophica: In omnes Petri Hispani tractatus enarratiuncula. Lips. 1513. 4. — Epitome Philosophiae naturalis et moralis. Basileae 1811. — Methodus philosophiae. Lips. 1511. 8. — Scholia in Aristotelis libri VIII. Physicorum, item in libros de coelo, de meteoris et de anima.
c) Medica; quibus opinor annumeranda erit: Hieronymi Aurimontani perhorrendae febris pestilentialis ephemeris quam falso sudatoriam luem vocant, curandi ratio. Cracov. 1530. 8. (Vide Halleri Bibl. med. pract. I. p. 539.)

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. II. p. 6. — Ejusd. Silesiogr. renov. Cap. VII. p. 791. — Melch. Adami Vit. philos. p. 170. — Freheri Theatr. vir. erudit. p. 1239. — Eberti Peplus bonor. ingenior. Goldberg. p. 62. — (*Epitaphium Gotdbergae in templo Parochiali.*)

Godofredus Scharff D.

† 1589.

Medicus Vratislaviensis circa Ao. 1588. demortuus est.

Confer. Gross Sil. et Lus. sid. Mst.

Petrus Monavius a Monaw D. et Arch.

† 1588.

N. Vratislaviae 9. Apr. Ao. 1551. Basileae ad Doctoris gradum promotus Ao. 1578: deinde Rudolphi II. Imp. Ao. 1587. Archiater † Pragae 12. al. 22. Maji 1588. aet. 37. Medicus ille ad scholae Italicae auctoritatem se contulerat.

Script. De dentium affectibus. Basil. 1575. 4. In Laur. Scholzii Cons. et epist. Hanov. 1610. Tom. II. plura ejus habentur.

Confer. Melch. Adami Vit. Med. Germ. p. 137. — Freheri Theatr. erud. — Cunradi Siles. tog. p. 190. — Henschel l. c.

Andreas Seilerus D.

post 1289.

Leobergensis, Basileae academici honoris dignitatem consequutus est Ao. 1589. Mortuus

est medicus Saganensis. Seilerum Casp. Suevus magnis laudibus extollit.

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. II. p. 569. — Casp. Suevus Mnemosyne Leorina. Lign. 1620. 4.

Andr. Dudith ab Horchowitza

D. PP. Dom. in Schmiegel et Episc. V. Eccles.

† 1599.

Natus Budae in Hungaria 5. Febr. 1533; studiis Paduae academicis absolutis totam fere Europam peragravit. Redux factus primum Parisiis linguas hebraicam et graecam professus est, deinde Episcopus Tinae in Dalmatia electus. Quo misso munere Consiliarius Ferdinandi, Maximiliani et Rudolphi Impp. fuit. Sed Formulam sacrorum a Calvino reformatam amplexus ultimos vitae annos Vratislaviae consumsit. Fuit Polyhistoris laude prae multis ornatus, Medicinae optime gnarus: vid. de hoc Sprengel Gesch. der Med. II. p. 376.

Script. Comm. de Cometarum significatione edid. Elias Major. Vratisl. 1619. 8. — (Epistolae in Cratonis Consil. et epist. medicin.)

Confer. C. B. Stieff Leben u. Glaubensmeinung Dudith's. Bresl. 1756. 8. — Quir. Reuter praef. in Dudithii Orat. in Conc. Trident. habit. Freheri Theatr. Viror. p. 915.

Paulus Boreck D.

† 1590.

Medicus civitatis Vratislaviensis, Martini pater, vita concessit Ao. 1590. aet. ann. 64.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 26.

Bernhardus Unger D.

circa 1590.

Qui etsi non constat quo loco in patria natus fuerit, tamen hoc compertum habemus, eum Rotenburgi ad Nicrum medicinam exercuisse Ao. 1590. aetate iam longius provectum.

Confer. Mathiae Conspect. p. 559.

Johannes Steinbach D.

† 1591.

Natus Javorae, ubi Physicus obiit 7 Maji Ao. 1591.

Script. De epilepsia. Basil. 1584. 4.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 295.

Abrahamus Gasto D.

post. 1592.

Guraviensis, Vitebergae 1592 dignitatem et nomen Doctoris petiit. Quo facto Ladislai Reg. Polon. Archiater fuit. Nostrum, qui Gabrielis Flaminii pater est, cave confundas cum Abr. Gastone Theologo Suebusiensi.

Confer. Lacae Chron. I. p. 609.

Valentinus s. Val. Acidalius D.

† 1595.

Wittstochio-Marchicus, Criticus eximius, et poeta latinus laureatus, vir summae laudis in rebus philologicis, medicis tamen minus celebratus. Qui cum juventute in plurimis Germaniae, Italiae et Galliae academiis transacta post multos labores et peregrinationes cum Dan. Rindfleischio M. D. Vratislaviam portum ibi et refugium frustra quaerens venisset, tandem ad Romano-Catholicorum castra transiit Rectorque scholae Neissanae factus est: sed paulo post inter celebrandam solemnem pompam cum pane sacro subito furore correptus domumque relatus in lecto suo misere, nonnullis affirmantibus, manu sibi illata expiravit aet. ann. 28. die 25. Maji 1595.

Script. Valentii Acidalii Janus Quadrifrons in hortum Laur. Scholzii Med. Vrat. Vrat. 1594. 4. *Praeterea notae in Tacitum, Plautum, Vellejum, Curtium; Carmina et Epistolae. Quae opera Hanoviae* 1607. *prodierunt.*

Confer. Nicol. Henelii Otium Vratislav. c. 42. p. 345. 354. — Ezechiel Sil. lit. p. 50.

Joachimus Baudis D.

† 1595.

Nat. Vratislaviae Ao. 1532. Friederici IV. Princ. Lignic. Archiater et Physicus Lignicensis. Sed medicus artem etiam Francostenii, Glacii, Sagani, Glogoviae, Guraviae exercuit, donec Lignic. 31. Dec. Ao. 1595. aet. ann. 63. vitam posuit.

Script. I. Bernhardi Gordonis de conservatione Vitae. Lips. 1570. 8.

II. Tract. II. de peste. Lignic. 1613. 4. 1615. 4.
III. Aliquot Consilia med. ap. L. Scholzium.
IV. Apothekertax und Ordnung aller Arzneyen der Apotheker in der Stadt Ligniz. Frankf. a. d. O. 1584.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 13. — Peucker Schles. Schr. Mst. p. 28,

Johannes Muselius Ph. et M. D.

† 1596.

Nat. Vratislaviae Ao. 1556. Medicus ibidem est lapide, qui e muro in caput deciderat culpa „fabrorum lignariorum" 23. Maji A. 1596. in propriis aedibus obrutus.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 194.

Salomon Teichmann D.

† 1596.

Leobergensis (al. Gorlicensis) Basileae Licentiatus Ao. 1584. et Doctor factus 1586: quo eodem anno Leobergam, ut Physici munus susciperet, commigravit. Hic extinctus est apoplexia 11. Jan. 1596. aet. ann. 45. Fuit item in rebus medicis et philosophicis versatissimus.

Confer. Gross Sil. et Lus. sid. Mst.

Joh. Faber M.

† 1596.

Nat. Lignicii, mortuus Francostenii, 6. Dec. Ao. 1596. aet. ann. 52. Physicus fuit Ducat. Monsterbergensis et Dioeces. Francosten.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 68. *Noster non est cum Joh. Faber Profess. Parisiensi qui eodem tempore vixit, confundendus.*

Adam Lachmann D.

† p. 1597.

Medicus civitatis Vratislaviensis an. 1587—1597. idemque tempore pestilente bene meritus.

Confer. Pol. Zeitbücher ad ann. 1583—97.

Jacobus Horst Ph. M. M. D. Prof.

† post 1597.

Natus Torgaviae 1537. 1. Maji. Qui postquam Francof. ad Viadr. Ao. 1556. Magisterium, Ao. 1562. Doctoris honores adeptus est, Sagani, Suidnicii, Iglaviae medicinam exercuit. Legimus eum Ao. 1580. in Austriam archiatrum, Ao. 1584 Helmstadium Medicinae Professorem arcessitum esse. Fuit quidem artis medicae et herbariae non mediocriter gnarus sed iusto licentius idem arcanarum rerum studio indulgere coepit. Habuit filium nomine eodem et munere usum.

Script. I. Enarratio libri Hippocratici de corde, una cum explicatione quaestionis, an intra pericardium vivi hominis vel ad alendum vel reficiendum natus humor inveniatur. Francof. ad Viadr. 1563. 4.
II. Ordnung der Arzneyen u. Apotheken in der Stadt Metzeritsch in Meissen 1578. 8.
III. Simplicia selecta. Marburg. 1585.
IV. Disp. de memoria bona conservanda. Helmstadii 1585. 4.
V. Praecationes medicor. piae. Helmst. 1585. 12.
VI. De memoria deperdita restauranda. 1587. 4.
VII. De febribus pestilentialibus et peste. 1587. 4.
VIII. Opusculum de vite vinifera ejusque partibus. Helmst. 1587. 8. recus. Marpurg. 1630. 8.
IX. Herbarium Horstianum s. de selectis herbis et radicibus libri II. Ao. 1587. a Candidatis medic. propositi, inde anno 1630. Marpurgi 8., rec. et in Opp. filii. Norimb. 1660 fol. *Quo opere quae pertractantur plantae magis vulgares quam selectae sunt.*
X. Von den wunderbaren Geheimnissen der Natur u. deren fruchtbaren Betrachtung. Lips. 1588. 4.
XI. Disputationum medicinalium pathologicarum Dissert. VI. Helmst. 1588. *Reliquae ad num. XVI. seorsim Helmst.* 1588—1597. *Quibus XVI. Dissert. fere omnis Pathologia generalis continetur.*
XII. Disputationes de temperamentis. Rostoch. 1588. 4.
XIII. De secundis corporis elementis; de corpore humano, ejus partibus et facultatibus; de actionibus corporis humani et ejus partium, et modo secundum quem fiunt. *Quae omnia ad unum scripta* 1588. *in lucem prodierunt.*
XIV. De angina. Helmst. 1589.
XV. De dispositione humani corporis et ejus partium. Rostoch. 1589. 4.
XVI. De sanitate et ejus causis. Rost. 1589. 4.
XVII. De apoplexia. Helmst. 1589.
XVIII. De natura differentiis et causis eorum qui dormientes ambulant. Lips. 1593. 4.
XIX. De paralysi. Helmst. 1595. 4.
XX. De aureo dente maxillari pueri Silesii etc. Lips. 1595. 8. (*Quo quidem Opusculo vir bonus maxime sibi imponi passus est.*) Germanice: Zwey Bücher von dem güldnen Zahn (*vertente G. Cobero*) und von den Nachtwandlern. (*Ipso Horstio interprete.*) *Lips.* 1596. 8. — (Confer. Sprengel Gesch. der Med. III. Bd.)
XXI. Epistolae philosophicae et medicinales cum vita Gregorii Horstii. Oratio de peccatis discentium medicinam et earum remediis, habita. Lips. 1596. 4.

Confer. Matthiae Conspect. p. 324. — Haller Bibl. anat. Tom. II. Bibl. med. pr. Tom. II.

Lucas Pollio Ph. M. D. Arch.

† 1598.

Natus Vratislaviae patre **Luca**, sacrorum Mar. Magd. antistite, in Doctorum ordinem adscriptus Basileae Ao. **1594.**, Berolini **31.** Jul. **1698.** praematura morte extinctus est, Electoris archiatri munere ornatus.

Script. Kurtzer und gründlicher Bericht von der jetzigen gefoerlichen ungarischen Haubtkrankheit, wie sich ein jeder für derselben bewahren und so sie jemanden angestossen curiren solle etc. gestellt Breslau und gedruckt Liegnitz 1596. 4.

Confer. Henel. Sil. tog. Mst. II. p. 404.

Guilielmus Gross D.

† p. 1599.

Vratislaviae natus, Helmstadii Doctor renunciatus **24.** Jan. Ao. **1599.** fuit. De reliqua tamen ejus vita nihil certis auctoribus compertum habemus.

Script. Disputationum Anatomicarum IX., de organis generationis in viro, ad quam praes. Joh. Siegfriedo Ph. M. D. PP. respondebit Guil. Gross Vrat. Sil. Helmst. 1599. (*Ill. Praeses hujus Diss. auctor est, nec non reliquarum, quarum prima inscribebatur: de partium corp. humani differentiis. Viteb.* 1595. 4.)

Wenceslaus Raphanus (Meerrettig) D.

† 1599.

Nat. Vratislaviae, Oppaviae Physicus. Fuit Medicus sagax, Anatomus sedulus, Poeta laudabilis, Bibliothecae exquisitae possessor, magni Dudithii amicus intimus, ab aequalibus plurimi aestimatus. Lethi viam hydropicus calcavit die XXIV. Sept. Ao. **1599.**

Script. Symbolas vide in Laur. Scholzii Consil. et epist.

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. I. p. 998. — Cunradus l. c. p. 251.

Laurentius Scholtz ab Rosenaw Ph. M. D.

† 1599.

Eximius hic vir natus est Vratislaviae Ao. **1552.** patre Laurentio cive, sed postea nobilitatem, nescio unde, adeptus est. In Italia in Doctoris gradum promotus medicinam primum Freistadii, deinde in patria Physici publici munere ornatus plane feliciter factitavit. Caetera fuit doctus, opulentus, generosus, multis ob morum suavitatem adamatus. Idem re herbaria excelluit insignique laude cultor horti botanici floruit, quem tam viri docti laudavere quam poetae carmine celebravere fere innumeri. Extinctus est phthisi **22.** Apr. **1599.** aet. ann. **47.**

Script. I. Jul. Caes. Arantius de humano foetu editus Basil. 1579. 8.

II. Regiment vor die grausame u. erschröckliche Krankheit der Pestilentz aus viel berühmten Schriften zusammengesetzt durch Laur. Scholtz. Breslau durch Adam Dyon 1581. 4.

III. Hortus Vratislaviae situs et rarioribus plantis consitus carmine celebratus, cum catalogo botanico. Vratisl. 1587. 4. *)

IV. Catalogus arborum fruticum et plantarum horti medici. Vrat. 1587. 4. 1594. 4.

V. Aphorismorum medicinalium cum theoreticorum tum practicorum Sect. VIII. Vratisl. 1689. 8. Francof. 1626. in 8. 12. et 16mo.

VI. In Laur. Scholzii Med. Vrat. Hortum Epigrammata amicorum. A. S. 1594. Ed. L. Scholz.

VII. Consiliorum medicinalium conscriptorum a praestantiss. et exercitatiss. nostrorum temporum medicis. Liber singularis nunc primum studio et opera Laurentii Scholzii a Rosenaw Med. Vrat. (*quo in libro primum titulo per patrem non accepto gentis nobilis utitur.*) Francof. ad Moen. 1595. fol. Hanov. 1610. fol.

VIII. Epistolarum philosophicarum medicarum et chymicarum a summis nostrae aetatis Philosophis et Medicis exaratarum. Vol. Francof. 1598. fol. Hanoviae 1610. fol.

IX. Epistolae medicinales medicorum variorum. Francof. 1598. 12. Hanov. 1612. fol. *quae est editio valde aucta. Praeterea edidit* Joh. Cratonis Commentarium de morbo gallico: *item* Joh. Pauli Pernumiae Therapeuticae s. novam et singularem omnes totius corporis affectus curandi rationem. Francof. 1596., *et imprimis opus utilissimum quod inscribitur:* Joh. Cratonis Consiliorum et epistolarum medicinalium libri VII. Francof. 1595. 8. Hanov. 1620. 8.

Confer. Melch. Adami Vit. Med. germ. p. 162. — Freheri Theatr. p. 1303. — Jachmanni Centifolium Scholtzianum. — Henelii Breslographia Mst. in Bibl. Rhediger. — Henelii Sil. tog. Mst. I. p.

---

*) Ex libris hortum carminibus celebrantibus est: M. Andreae Calagii Hortus Doctoris Laurentii Scholzii med. et philos. quem ille colit Vratislaviae situm intra ipsa Civitatis moenia celebratus carmine. Vratisl. in off. Georgii Baumanni A. C. 1592.

Johannes Fersius (Fersch) Ph. et M. D.

† 1599.

Natus Strelae, Ao. 1587. Vitebergae in Philosophia Ao. 1593. Francofurti in Medicina ad Doctoris gradum promotus in patria ipso aetatis flore dysenteria periit 24. Aug. 1599.

Script. De viris in materiam medicam et rem herbariam bene meritis. Vratisl. 1594. Etiam ad calcem Laur. Scholzii Catal. Arborum etc. Cod. 1594.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 405.

Martinus Siebenhaar D.

scr. 1574.

Physicus fuit Nissensis, sub fin. sec. XVI. caet. ignotus.

Script. Nothwendig kurtz und gründlicher Bericht wie man sich jetzt in vorstehenden Anfallendt vnd gefährlichen Pestilentzischen Sterbensläufften vorhalten soll, damit die Gesunden vor Gefahr vermahnet: vnd die so mit der tödtlichen Seuche angegriffen nächst Gottes Hülfe geheilet werden mögen etc. Jetzo wieder auffs Newe gedruckt vnd vermehret zur Neyss 1599. (Et Anno 1601.)

Michael Crusius Ph. M. D.

S. fin. sec.

Nat. Sagani 13. Sept. Ao. 1578. Gryphimontii Physicus et Comit. a Schaffgottsch medicus.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 47.

Georgius Kuntschius D. *)

† 1600.

Primum civit. Oppaviensis medicum dicit Cunradus natum Bilicii 22. Apr. Ao. 1553., mortuum Oppaviae 2. Mart. Ao. 1600.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 159.

*) Inde Medici sequuntur, qui sec. XVI. in Doctoris gradum promoti initio sec. XVII. vixerunt fere magis ad prius quam ad posterius aevum pertinentes.

Georgius Jenischius (Jaenisch) Ph. et Med. D.

† 1601.

Medicinam factitavit Physicus Francostenii. In vitam Neurodae editus obiit Francostenii Ao. 1601. aet. ann. fere 33.

Script. De coli dolore. Basil. 1597. 4.

Confer. Cunradi Siles. tog. p. 159. — Gross Sil. et Lus. Sidera Mst.

Martinus Vincentius D.

† 1601.

Natus Vratislaviae Ao. 1570. ibidemque artem exercens 28. Dec. Ao. 1601. aet. 31. demortuus.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 321.

Stanislaus Weiskopf Ph. et Med. D.

† 1601.

Nissae Physicus Archiaterque Episcopi, nat. III. Dec. Ao. 1529. † 21. Dec. An. 1601. aet. 72.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 331.

Leopoldus Burserus D.

† 1602

Gorlicii natus gradum Doctoris conscendit Basileae Ao. 1592. Ao. 1600. Brixia Bohemorum urbe vocatus est ad Physicatum Boleslaviae obtinendum: sed altero anno post rediit Brixiam ubi peste obiit, simul cum uxore.

Script. De pleuritide. Basil. 1593. 4.

Confer. Gross Sil. et Lus. sid. Mst.

Davides Pittighius D.

† 1602.

Leobschutzensis Physicus homo caetera ignotus.

Confer. Gross Sil. et Lus. sid. Mst.

Johannes Purmannus D.

† c. 1602.

Silesius Novofori, ubi natus fuit, medicinam exercitavit. Alia tamen de eo non sunt comperta.

Script. De palpitatione cordis Themata, de quibus Christoph. Stymmelius M. D. pro loco in Fac. medic. Academiae Francofurtanae obtinendo disputabit resp. Joh. Purmanno. Novof. pridie Kal. Octob. Francof. ad Viadr. 1586. 4.

Confer. Ezechiel Sil. lit. p. 95.

Andreas Büthnerus (Büttnerus Haller.) D.

† 1603.

Natus Vratislaviae Apr. Ao. 1517. ibique medicus, cel. D. Joh. Hessi gener, theriacae, quam in urbe venditabat, et docta disquisitione et quadam praeparatione clarus; mortalitatem explevit 14. Kal. Apr. Ao. 1603. aet. ann. 86.

Script. De Theriaca et Mithridato Graecorum. Basileae 1549. (*Negabat ad Graecorum normam posse praeparari, et Carpobalsamo Benzoinum esse substituendum.*)

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 1798. — Cunradus l. c. p. 35.

Paulus Hesse Ph. et M. D. PP.

† 1603.

D. Joh. Hessi filius haud spernendus, nat. Vratislaviae die 11. Jun. Ao. 1536. qui Medicinae professione in Ac. Leucorea laudabiliter facta, in patriam redux apud Princ. Olsnenses Archiatri officio functus est, et artis nomine praedicatus fuit. Animam emisit die Idus Martias Ao. 1603. Oelsnae aet. ann. 77.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 797.

Georgius Laurea D. Arch.

† 1603.

Vratislaviae die V. Dec. Ao. 1565. natus Statuum Moraviae fuit medicus provincialis, dein Electorum Brandeb. Joachimi II., Joh. Georgii, Joach. Friederici et Sigismundi Archiepiscopi Magdeb. Archiater; a vita recessit Halae Sax. 26. Mart. 1603. Sebaldus Pharmacopola Vratislaviensis Georgii frater fuit: Dr. Balthas. Brunner cel. Anatomus gener ejus.

Confer. Gross Sil. et Lus. sid. Mst.

Friedericus Mollerus Ph. et M. D.

circa 1603.

Lubenae ni fallor natus, Physicus Suidnic.

Confer. Gross Sil. et Lus. sid. Mst.

Caspar Packysch D. Phys. Vrat. VII.

† 1603.

Medicinam exercuit Physicus apud Vratislavienses aliquando magnopere existimatus. Ejus Syrupo abstersivo ex Myrobalanis facto Vratislavienses ad sec. usque XVIII. initium utebantur. Natus fuit Vratisl. Ao. 1533., obiit Ao. 1603. 18. Sept.

Script. Kurtzer Bericht wie man sich in diesen Sterbensleufften mit Gebrauch der Artzney verhalten soll. Breslaw, 1599. 4. Ad calcem subscripserunt; „Caspar Packysch. Sygmutt „Woyssel dieser Kayserl. Stadt bestallte Leib„ärzte."

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 397. — Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 272.

Johannes Scultetus cogn. Montanus D. Arch.

† 1604.

Nat. Stregae m. Jun. Ao. 1531. ibidemque Physicus, tum Rudolphi II. Imp. Archiater Titularis. Philosophum eum dicit Henelius et Medicum eximium, artis Chymicae peritissimum, terra marique longe atque late peregrinatum. Paracelsi hic inter Silesios sectator studiosissimus famam adeptus est terra illa sigillata Striegaviensi Ao. 1550. ab ipso detecta, quam vocat „axungiam solis", putatque „conversum „esse Dei providentia aurum peculiariter adver„sus venena utile." Obiit in patria 3. Jun. Ao. 1604. aet. 77.

Script. I. Von der wahrhaften durch Kunst u. Rauch versuchten u. probirten Siegelerde. Striegau 1582.

1583. 1586. 1594. 4. 1610. Edit. aucta cura Joh. Hartzig auctoris soceri et repetita. 1700. 1740. 4.

II. Breve sed exquisitum vereque philosophicum judicium doctrinis mysteriisque variis refertum Excellentiss. Philosophi et Medici D. Joh. Montani Strigoviensis Silesii de vera nativa omnisque artis et fuci experte Terra Sigillata ibidem per divinam gratiam a se inventa. Publicatum nunc in communem Christiani orbis utilitatem et in lucem datum cura et studio Senatus Strigoviensis. Vratislaviae 1594.

III. Joh. Montani de vera natura terrae sigillatae. Basil. 1597. 4.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 281. — Henelii Siles. tog. Mst. II. p. 561. — (*Epitaphium ejus in Eccles. Striegav. Parochiali recenset Jac. Schickfus, in Chron. Sil. Lib. IV. c. 3. p. 13.*)

Johannes Heintzius D.

† 1614.

Nat. Vratislaviae Ao. 1559., cursu studiorum in Italia praesertim Patavii peracto, Basileae Ao. 1586. Doctor renunciatus fuit. Inde Gallia et Anglia perlustrata per aliquod tempus Vratislaviae, dein in Misnia, valle Joachimica thermisque Carolinis medicinam fecit. Mortuus est Joachimsthalii Senatoris munere functus die XV. Kal. Mart. Ao. 1694. aet. 45. Filio ejusdem nominis clarus Medicinae Doctor fuit ni fallor Lipsiensis: Ejus opinor quae

Scripta ab Hallero in Bibl. med. pr. II. p. 424. recensentur.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 1005.

Irenaeus Joachimi fil. Curaeus D.

† 1605.

Patrii historici filius in Italia doctus et edoctus, apud Suebosienses medicum egit laudatissimum. Coelebs obiit Ao. 1605. aet. 40. nondum completo.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 67.

Augustinus Daniel D.

† 1606.

Natus Vratislaviae Ao. 1575., Marpurgii literis studuit, ibi Doctor creatus in patriam vix rediit, quum febri maligna correptus obiit 21. Aug. 1605. An aet. 30.

Script. De Venenis. Marpurg. 1604. 4.

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 55.

Petrus Guilielmus D.

c. 1605.

Physicus Freistadiensis ante Ao. 1606.

Confer. Gross Sil. et Lus. Sid. Mst.

Johannes Herrmann sen. D. PP.

Archiater.

† 1605.

Nat. Norlingae Rhaet. 16. Oct. Ao. 1527. Vitebergae in Doctorum ordinem adscriptus Ao. 1530., ibidem Ao. 1550. Prof. publ. et Electoris Saxoniae Archiater dein Principum inprimis Joach. Fried. Duc. Ligio-Bregens. et Monsterbergensium Medicus, item Vratislaviensium. Uxorem duxit Lucae Cranachi filiam. Fato functus est 7. Maji Ao. 1605. Vir eruditionis et experientiae laude commendatus.

Script. I. De humoribus. Viteb. 1555. 4.
II. Oratio de vita et familia Hippocratis inter Melanchthonis Oration. Argent. 1558. 8. Viteb. 1595.
III. Themata quaedam. Viteb. 1558. 8.
IV. De Pharmacia. Ibid.
V. Disput. totius Artis praecipua capita amplectans. Viteb. 1565. 8.

Christophorus Rumbaum D.

† 1605.

Javoriae mense Martio Ao. 1555. natus, Basileae Ao. 1586. dignitatem ac nomen Doctoris consequutus est. Galeni et Arabum disciplinae addictus Medicinam fecit Javoriae, dein Vratislaviae. Extremis annis supra modum dolore ex calculis orto tentatus est, quo febre accedente vel ut alii, in quibus Cunradus est, putant, calculo exsecto extinctus est 3. Aug. (3. Nov. Henel.) Ao. 1505.

Script. De partibus corp. human. Exercitationes quaedam, quibus generatio, substantia, usus, sanitas, morbus et curatio illarum exponitur. Basil. 1586. 8.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 1007. —

Cunradi Sil. tog. p. 202. — Ezechiel Sil. lit. Mst. p. 374. (*Ejus Epitaph. extat Vrat. ad aed. Mar. Magd. Septentrionem versus.*)

Caspar Firlingius D.

† 1606.

Natus Glogaviae **7.** Oct. **1559.** studia in Germania et Italia fecit, Basileae accepta doctoris dignitate Ao. **1559.** terminavit, Vratislaviae medicus complevit et arte poetica, qua callebat, exornavit. Obiit, quem summopere laudat Henelius, **27.** Oct. Ao. **1606.** aetat. ann. **47.**

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 1012. — Cunradus l. c. p. 73.

Georgius Seler D.

† 1607.

Boleslaviensis, Francofurti summis academicis honoribus decoratus Ao. **1595.**, commortuus Ao. **1607.**

Confer. Gross Sil. et Lus. sid. Mst.

Georgius Seilerus D. PP.

† post 1607.

Boleslaviensis, Basileae Doctor renunciatus Ao. **1589.**, dein in patria Physicus, postremo (**1600.**) Professor Francofurtanus. Incertum quo anno expiraverit. Caeterum noster non est cum Georgio Seilero theologo Lignicensi († **1560.**) confundendus.

Script. I. De Catarrhis. Francof. 1594. 4.
II. De Syncope. Francof. 1600. 4.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 413.

Sigismundus Woysselius sen. Ph. et M. D. Phys. Vrat. VI.

† 1607.

Johannis de quo supra ad ann. **1586.** dictum est, frater natu major: medicus Galenico-Spagiricus. In lucem editus est Vratislaviae, cui per **26.** annos Physicus ab Ao. **1581.** fideliter inserviit, inprimis pestis inter calamitates. Obiit arthritide confectus **16.** Mart. Ao. **1607.** aet. **65.**

Script. V. s. ad Casp. Packysch.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 804. — Cunradi l. c. p. 341. (*Sigismundus Woysselius pater non est confundendus cum filio qui nomen idem eandemque artem habuit pariterque apud Vrat. Physicus fuit; hic quidem Ao. 1622. aet. 43. a vita recessit. Nescio equidem filiine an patris sit libellus, qui inscribitur:* Bericht zweier bewehrter Artzneyen in bevorstehender Infectionsgefahr sowohl zur Praeservation als Curation zu gebrauchen. Bresslaw 1625. 4.

Paulus Fridewald D.

† 1608.

Nat. Vratislaviae **20.** Nov. Ao. **1528.** Professor fuit Academiae Bononiensis, dein Ao. **1583.**, Archiater Episcopi Vratislaviensis. Eum philosophum acutum dicit, medicumque elegantem Henelius. Et Medicinam quidem ad summam usque senectutem, memoria et ratione valens, quamvis Marasmo jam extenuatus et in lecto decumbens, factitavit. Mortalitatem explevit **12.** Kal. Maji ann. **1608.** aet. **80.**

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. I. p. 808. — Cunradus l. c. p. 62.

Hieronymus Reusner D.

† 1608.

Leobergae natus **26.** Dec. Ao. **1558.**, parente Christophoro urbis Syndico, ex gente doctrina vere nobili et praeclara. Basileae Ao. **1582.** Doctor nuncupatus Curiam Variscorum post Nördlingam Physicus commigravit. Incertum obieritne quo diximus Ao. **1608.** Vir fuit insignis, Galenico-Chemicus quidem, idem etsi quibusdam medicamentis nimium tribuit, sagacissimus tamen naturae scrutator et diligentissimus morborum observator. Chirurgus erat praestantissimus, Cereolis, quos fere primus introduxit, celeberrimus.

Script. I. Decisiones (med.) Basil. 1548.? (Peucker.)
II. Urinarum probationes Jodoci Willichii illustratae scholiis medicis in quibus Uroscopiae principia ad solidae Philosophiae fontes revocantur multique Medicer. errores deteguntur etc. Basil. 1588. 1608. 8.
III. Arzney Ordnung wie man sich in der Pestilentz verhalten solle. Lauingen 1589. 4.
IV. Diexodicarum exercitationum Liber: de scorbuto et quomodo juxta Galeni et Hippocratis thera-

peusin selecta Spagiricornm mysteria administrari queant. Francof. 1600.

V. Epistolae. Francof. 1600. 8.

VI. Beschreibung des Bades zu Wendingen herausgegeben v. Esaias Welsch. Neuburg. 1618.

VII. Curationes et Observationes medicae in Gg. Hier. Welsch Sylloge curation. et observat. medicinalium Cent. VI. Ulm. 1668. 4.

VIII. Experimenta et Observationes in Gg. Hier. Welsch Consil. medicinal. Cent. IV. acc. Exoticarum curationum et observationum medicinalium Chiliad. II. Aug. Vindel. 1675. 1698. 4.

IX. De Pollinctura et sculptura Cadaverum: de Urinarum probationibus et remediis ab urina M. S. *erant in Bibl. Gottfr. Thomasii (Peucker). Libellum Chrysopoeicum, Pandorae titulo, scripsit. (Henelius.)*

Confer. Eberti Leorin erud. — Peucker Schl. Schriftst. Mst. p. 385. — Henelii Siles. tog. Mst. II. p. 34. et in Silesiogr. renov. p. 256. — Ezechiel Sil. lit. Mst. p. 30. *)

Daniel Scepsius in Buntzlawitz D.

† 1609.

Nat. Suidnicii m. Sept. Ao. 1534. ibidemque Physicus inde ab ann. 1568. et mortuus 22. Oct. ann. 1609. aet. 75. Fuit ille a puero omni litterarum genere egregie excultus et ad Medicinae scientiam non eximiam modo Philosophiae peritiam, Poetices venustatem et graecam latinamque eruditionem sed singularem morum etiam candorem adjungebat.

Script. I. Bericht und Ordnung wie man sich jetzt und künfftig in Sterbensleufften, weil es auff die Neyge der Welt kommen, recht präserviren und curiren soll. Neyss auffm Kaldenstein 1585.

II. Hirundinetum Nuptiarum Viri Abr. Swalbii, Ducat. Oppol. et Ratibor. Ord. Physici et Mariae Appeliae Sponsae. Gorlicii 1590. 4.

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. I. p. 813. — Ezechiel Sil. lit. Mst. p. 340.

Caspar Schwenckfeld D.

† 1609.

Silesiae hoc lumen Gryphimontii apparuit 1. Maji Ao. 1563. Schwenckfeld Basileae duce Casp. Bauhino medicinae et Botanicae dedit operam raramque illam scientiam sibi comparavit, qua postea Silesiae omnem historiam naturalem illustravit. Domum reversus artem primum Hirschbergae, dein Gorlicii exercuit Physicus. Mortuus est Cervimontii (Cunrado auctore Gorlicii) vir immortalis 5. Jan. Ao. 1609. aet. 46.

Script. I. Thesaurus pharmaceuticus, medicamentorum omnium fere facultates et praeparationes continens, ex probatissimis auctoribus collectus. Acced. G. Rondeletii Tr. de succedaneis. Basil. 1587. 8. Francof. 1630. 8.

II. Catalogus Stirpium et Fossilium Silesiae, acc. Silesiae geographica brevis delineatio. Lipsiae 1604. 4.

III. Theriotropheum Silesiae in quo Quadrupedum, Reptilium, Avium, Piscium et Insectorum natura, vis et usus perstringitur. Lips. 1602. 4.

IV. Kurtze Beschreibung der Kräuter welche um den warmen Brunnen auf den Gebürgen gefunden worden. Görlitz 1607. 8

V. Beschreibung des Hirschberger Warm-Bades. Görlitz 1607. 8. Liegnitz 1619. 8.

VI. Thermae Teplicenses. Lignic. 1619. 1708. 8.

VII. Ejusd. Lebensbeschreibung und Abschied. 1697. 8.

Confer. Henelii Silesiograph. renov. p. 200. — Cunradus l. c. p. 279. — Peucker Schles. Schriftst. Mst. p. 395. (*Imaginem videas depictam in*: der forschende Schlesier, no. XV. p. 43.

Martinus Weinrich M. PP.

† 1609.

Medicinae doctus, quamvis nec Doctor nec medicus. Natus Vratislaviae mense Decembri Ao. 1548. a cl. Nicolao de Rhediger educatus, ejusque liberalitate comes filii in Ac. Lipsiensem et Vitebergensem missus fuit. Ibi Philosophiae Magisterio obtento Collega (Ao. 1576.) Professorque Physices (Ao. 1596.) Gymnasii Elisabethani factus est, ubi spretis quam plurimis invitationibus extraneis per XXXIII. annos docuit utiliter, omni otio in Medicinae studium converso. Amicus erat Dudithii, Cratonis, Monaviorum, Joach. Joachimi fil. Camerarii, Andreae Libavii. Abreptus est Apoplexia die XXIV. Dec. 1609. Is eruditus quidem fuit, sed credulus et rerum secretarum nimis studiosus.

Script. I. J. B. Montani Medicina universa, ex lectionibus ejus caeterisque opusculis tum impressis tum scriptis collecta, in tres tomos digesta, opera M. Weinrich. Francof. 1587. fol. 3 Vol.

II. J. B. Montani problematum partim physicorum partim medicorum Lib. I. opera Mart. Weinrichii. Viteb. 1590. 8.

---

*) Eliam Reusnerum, illustrem Historiae professorem Academiae Jenensis eundemque Medicinae Licentiatum ad marginem tetigisse liceat. Natus est Leobergae Ao. 1555. mortuus 1612.

III. Hier. Capivacci de Uteri adfectibus ed. M. Weinrich. Francof. 1590.
IV. De Inundationum causis. Lips. 1590. 1594. 4.
V. Commentatiuncula de Terrae motu. Vratislav. 1591. 8.
VI. De ortu monstrorum Comment. in qua essentia, differentia, causae et adfectiones mirabilium animalium explicantur. Vratisl. 1595. 8. (*In monstris quaedam omina inesse iudicavit.*)
VII. Joh. Fr. Pici de Mirandola Dialogi III. de ludificatione daemonum. Praefatus est M. Weinrich.
VIII. Epistola ad Andr. Libavium utrum in non maritatis et castis mola possit gigni. Argentor. 1612. 8.
IX. Tractatus de Peste et de fulminibus scripsit qui lucem non adspexerunt.

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. II. p. 72. — Peucker Schles. Schriftst. Mst. p. 487.

Johannes Fersius II. Ph. Med. et Phil. D.

† 1611.

N. Vratislaviae, Johannis Gymn. Elisab. Collegae filius. Vratislaviae et Francofurti, ubi ad Doctoris gradum promotus fuit, omni fere scientiae operam dedit ibique magnam eruditionem acquisivit. Formulam pontificiam amplexus est spe fretus sese ipsa Episcopatus dignitate ornatum iri; tamen quod tentaverat non assecutus, obiit Protonotarius Apostolicus, et ad S. Joh. in patria Canonicus 1. Apr. 1611.

Script. De rebus antiquis, complura ut: De Praefectura Praetorii Romani Tractat. et Specim. Antiquitatt. Rhaeticarum (Mst.) et Postliminium ad Catholicos Nissae 1595. 4. — Medica:

I. Consilium wider die jetzt regierende ungarische Krankheit. Neyss 1594. 4.
II. Consilium posthumum, d. i. kurtzer doch gründlicher Bericht, wie man sich in Sterbensläufften verhalten solle. Durch Abrah. Peschen, Med. Studios. Neyss 1600. 4.

Confer. Peucker Schles. Schriftst. Mst. p. 97. — Henelii Otium Vratisl. Cap. XXIV. p. 200. — Koenigii Biblioth. Vet. et Nov. p. 302.

Abraham Sandecus (al. Scholtzius). Ph. et M. D. Arch.

† 1612.

Freistadii nat. 25. Sept. Ao. 1561. Vratislaviae post academica studia in Italia et Germania finita, artem non sine famae celebritate exercuit et Proregi Carolo Monsterb. et Olsnensi Duci Archiater inserviit. Humanis valedixit Vratislaviae 7. Jd. Quintil. Ao. 1612. aet. 51.

Confer. Henelii Sil. tog. II. pi 74. — Cunradus l. c. p. 255.

Johannes Weidnerus sen. Ph. et M. D.

c. 1612.

Natus Sprottaviae Ao. 1548. Doctoris nomine accepto Basileae Ao. 1576. deinceps Physici munere Sagani, Gurae et in patria functus est, dum Apoplexia corripi coeptus esset. 4. Kal. Octobr. Ao. 1612. aet. 64.: multis nominibus, etiam carminum conficiendorum dexteritate hunc virum laudat Henelius. Ejus Filii Johannes et inprimis Godofredus medici fuere et ipsi sec. XVII. literati.

Script. De Arte chymica ejusque cultoribus. Basil. 1576.

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. II. p. 85. — Cunradus l. c. p. 318.

Georgius Wirth fil. Ph. et M. D. Arch.

c. 1613.

Leobergensis (al. Laubanensis. Witten.) nat. Ao. 1523. Doctor Lipsiensis, Caroli V. Imp. Rom. Archiater: cujus munificentiam in Bibliothecam Thomanam et pauperes Laubani incolas laudat Ezechiel l. c. Obiit Lipsiae 8. Sept. Ao. 1613. aet. 93.

Script. Medica nulla, theologica ut pater nonnulla ex ann. 1594.

Confer. Ezechiel Siles. lit. Mst. p. 519. — Henning. Wittenii Diar. biograph. Gedan. 1688. ad ann. 1613.

Friedericus Sebisch (Sebisius, Sebitzius).

c. 1613.

In lucem editus Nissae Ao. 1544. Studia in claro Gymnasio Aurimontano auspicatus est, in Regimontana et Lipsiensi peregit: peste Lipsia pulsus in Silesiam rediit, Moraviam visitavit a patruoque Mathaeo, Olmucensis scholae praefecto permotus medicinae studio sese totus mancipavit. Viennam mox et in Italiam delatus secum lauream 3. Jd. Oct. Ao. 1577. sibi im-

positam reportavit in patriam. Ibi ad exercendam medicinam conversus Georgii Duc. Breg. adeoque filiorum ejus et nepotum Archiater extitit in omni Silesia haud inceleber. Obiit Bregae omnium membrorum tremore per triennium durante **17**. Nov. Ao. **1613**. aet. **70**. Noster valde laudatur Henelio.

Confer. Henelii Sil. tog. II. p. 296. — Cunradus l. c. p. 282.

Mathaeus Sebisch Ph. et M. D. Arch. Phys. Vrat.

c. 1615.

Friederici, qui ante commemoratus est, Avunculus. N. Falcobergae (Henel.) vel Vratislaviae (Cunrad.) m. Majo **1534**. Ex Academiis Italiae et Germaniae reversus munus Rectoris Gymnasii Olmucensis obtinuit, quo postea se abdicavit ut medicinam repeteret quam hic illic maxime Welsae strenue factitavit. In Silesiam redux Princ. Lignicens. Archiatriam suscepit. Postremo Vratislaviae medici officio functus Octogenarius obdormivit **6**. Maji Ao. **1614**.

Script. Kurtzer Unterricht was sich in den gefährlichen Leufften der Pestilentz sowohl die Kranken als die Gesunden zu verhalten. Einem Ehrenvesten Fürsichtigen und Wolweisen Rath, auch der Ehrbaren Gemeine der Stadt Liegnitz zu nutz und Gefallen 1599. 4. (Bericht, Rath vnd Hülf wider die pestilentzialische Krankheit. Augsburg 1586. 8. (*Hallerus. Nescio an ejusdem Auctoris.*)

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 96.

Johannes Mencelius (Menzel) D.

† 1614.

Nat. Freistadii **31**. Dec. Ao. **1556**. ac vixit Glogoviae Physicus. Ao. **1614**. aet. ann. **58**.

Script. Gründlicher Bericht von der Pest gestellet vor die volkreiche Gemeine der Stadt Glogau. Grosglogau 1613. 4.

Confer. Peucker Schles. Schriftst. Mst. p. 266. — Cunradi Sil. tog. p. 187.

Joh. Hennemann cogn. Reyssing Ph. et M. D. Arch.

† 1611.

N. Vratislaviae **4**. Jun. **1555**. satis feliciter medicam artem in Comitatu Glacensi, deinde in Aula Rudolphi II. Imp. Alchymiam exercuit, qua se misere demum in mendicitatem detrusit. Vir etsi abditarum rerum studio nimiopere indulgens idem tamen ingeniosus fuit Paracelsique sectator acuminis philosophi haud expers. Decessit in patria **29**. Aug. Ao. **1614**. aet. **59**.

Script. Idaea (sic) Loimodes, in qua salubres oppido ac certissimae in praesentissimo Luis pestiferae contagio praeservandi curandique rationes ac media succincte luculenterque suggerantur, auctore J. H. R. Vratisl. 1614.

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. I. p. 1029. — Cunradus p. 116.

Matthias Ungarus a Dobersdorff, Ph. et M. D.

† 1614.

Patria Oppaviensis (al. Hosoblaviensis Henelius) nat. **13**. Mart. **1550**. Doctor Basileae renuntiatus Ao. **1582**. medicinam in Silesia hic illic fecit sed postero tempore ad vitam rusticam transiit. Fuit multis nominibus eleganter doctus (Henel.) Obiit m. Majo **1614**.

Script. Theses de pleuritide. Basil. 1582. 4.

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. II. p. 303. — Cunradi Sil. tog. p. 316.

Martinus Praetorius D.

† 1615.

Suidnicii nat. **10**. Nov. Ao. **1557**. (al. **1547**.) quum in Francofurtana Academia studiis incumberet, jamjam adeo excelluit ut Joachimi Friederici Elect. Brandenb. filiis mentor constitueretur. Basileae, ubi Doctorem creandum se curaverat redux aurea torque ornatus Collegioque Canonicorum ad S. Nicolaum Magdeburgi adscriptus est. Hac in urbe Medicinam ad mortem (**21** Nov. Ao. **1658**. aet. **58**.) usque factitavit. Vivus arte versus concinnandi eminuit carminaque plurima edidit.

Script. Opus Medicum de Animalibus. *Quod cum in Typographeo Francofurtano jam prelo sudaret, furto periit.*

Confer. Henelii Siles. tog. Mst. II. p. 108. — Peucker Schles. Schriftst. Mst. p. 330. (*Ubi carminum catalogus.*) John Parnass. Sil. Cent. I. p. 160.

Petrus Wintzig D.

† 1615.

De quo quid judicaverint aequales, patriis literis amici discant hisce: „Ich muss eines für„nehmen gelehrten Mannes, so mit der Weisheit „Gottes (!) begabt gewesen, weil er auch (1615.) „nicht mehr am Leben, allhier erwähnen, denn „er mir familiarissime bekannt war, dessen Name „Petrus Wintzig von Breslau. Dieser Mann, ob„wohl er nichts in öffentlichen Druck von seinen „Schriften auskommen lassen, hat er doch pri„vatim und vor sich, doch mit einer unleserlichen „Schrift, viel und grosse Volumina geschrieben." Qui locus e praef. libri: Echo der von Gott hocherleuchteten Fraternität des löbl. Ordens R. † C. Dantzig 1616. 8. petitus est.

Confer. Ezechiel Sil. lit. Mst. p. 11. 12.

Georgius Rumbaum Ph. et M. D. Arch. Phys. Vrat. IX.

† 1615.

Hic medicus et doctrina et curatione satis commendatus, natus est Vratislaviae 13. Aug. Ao. 1567. Qui postquam Lipsiae, Helmstadii ac Basileae dein et Patavii et Bononiae studia philosopha et medica absolvit, Basileaeque 8. Kal. Quinct. Ao. 1595. Rectore Fel. Platero et Decano Casp. Bauhino ad Doctoris gradum elatus in patriam rediit, primum Strelae, deinde Vratislaviae artem exercuit. Mox Vratislaviae Physicus publicus et Caroli Duc. Olsnensis Archiater constitutus, vita defunctus est, munere annis 58. gesto, aet. 49. die 4. Octobr. Ao. 1615. Inter laudatissimos Silesiae medicos est numerandus.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 1031. — Cunradus l. c.

Jacobus Seidel Ph. et M. D. PP.

† 1615.

Olaviae ubi nat. Ao. 1547. primum medicus deinde Physicus, tum Professor Gryphiswaldensis, inter Chirurgos (quos paucissimos hoc seculo Silesia genuit), vere explendescebat. Fuit idem attentus speculator venatorque humanae naturae: modo ne rerum incredibilium satis credulus fuisset!

Script. I. Methodicae arthritidis et phthisis curationes certis thesibus comprehensae. Acced. Disp. de saliva, sputo et muco. Bard in Pomeraaia 1590. 4. Gryphin. 1604. 4.

II. De differentibus facultatibus plantarum; recus. Basil. 1611. 4.

III. Observationes Medicae (posthum. op.) cum Mich. Lyseri (Th. Bartholini generi) Cultro anatomico. Hafn. 1665. 8. 1679. 8.

IV. Observationes in Joh. Schenk παρατηρησεων s. observationum rararum novarum admirabilium et monstrosarum. Vol. ed. J. Georg. fil. Francof. 1800.

V. Disp. de polyuria s. diabete in Genathiana dispp. collectione Tom. VI. *Nominat quidem Consultationes medicas Henning-Wittenus, sed eaedem ubi et quando editae sint, more suo, non indicat.*

Johannes Herrmann fil. D.

† 1612.

Natus Vitebergae Ao. 1567. et Basileae in Doctoris gradum promotus Ao. 1597. Strelae Physicus fuit ibidemque defunctus est 3. Dec. Ao. 1616. aet. 60.

Script. De venae sectione in genere. Basil. 1597. 4.

Confer. Ezechiel Sil. lit. Mst. p. 266. — Cunradus l. c. p. 121.

Bartholomaeus Scultetus D.

† post 1616.

Fuit, ni fallor cujusdam ICti et apud Vratislavienses Practici ejusdem nominis filius ac certe ex docta ejus gente oriundus: caeterum homo mihi ignotus est, sed proferendus tamen scriptor.

Script. I. Tabula physica astronomica et medica de pestilitate aus Paracelsi Büchern. Görlitz 1586.

II. Synopsis Universae Medicinae. Dissert. XII. Lips. 1601. 8.

III. Consilium medicum de procuranda valetudine. Acc. Dioclis epistola prophylactica paucis scholiis exarata. Viteb. 1606. 12.

Tobias Fischer Ph. et M. D.

† 1616.

„Virum exquisitae in omni disciplinarum ge„nere eruditionis, ad haec sanctissimae vitae" laudat eum Henelius. Natus est Fischerus Jd. Sept. Ao. 1559. Croischwicii, praedio suo prope Suidnicium sito. Mortuus est medicus civitatis Suidnic. 8. Oct. Ao. 1616. aet. 57. Exercenda arte medica minus clarus fuit, quam

editis scriptis poeticis et historicis, inprimis Annalibus Silesiae ad normam Curaei confectis, qui autographi extant in Bibliotheca M. Magdalenae. Etiam Botanicen coluit et Caspar. Schwenckfeld conjunctissimus, sua ejus Catalogo stirpium addidit symbola.

Confer. M. F. Ziegler de claris Fischeris. Vratislav. 1714. — Crusii Literati Suidnicens. no. IX. p. 19. — Henelii Siles. tog. Mst. I. p. 849. — Peucker Schles. Schriftst. Mst. p. 100.

Balthasar Gitler Ph. et M. D. PP.

† 1617.

Leobergensis, Lipsiae Doctor factus Ao. 1569. ibidemque Professor, Ordinis medicorum Senior et Decanus, tum Rector ann. 1566. 1572. 1588. Obiit plus quam octagenarius (al. nonagenarius) Ao. 1617. Inclaruit doctis quas edidit Dissertationibus academicis.

Script. I. Oratio anniversaria funebris memoriae Principis Mauritii. Lips. 1562. 4. (Cum esset Ph. M. et Med. Cand.)

II. De Icteritia. Disp. inaug. med. habita die XXVIII. Apr. 1569. Lips. praes. Marco Peisero.

III. Aphorismus Hippocratis 25. Sect. II. resolutus in theses. Lips. 1578. 4.

IV. De Apoplexia. Lips. 1584. 4.

V. De definitione et divisione morbi. Lipsiae 1594. 4.

VI. Explicatio eorum quae in prooemio artis curativae ad Glauconem de quatuor in medendo scopis traduntur. Lips. 1605. 4.

Confer. Eberti Leorin. erudit. p. 14. — Ezechiel Sil. lit. Mst. p. 138.

Caspar Neander Ph. et M. D.

† 1617.

Francosteiniensis, Vir latine et praesertim graece doctissimus, primum Neostadii ludo litterario praefectus: sed munere ob orthodoxiae et disciplinae scholasticae nimiam ejus severitatem abdicatus, deinde medicus Glacensis extitit, propter curationis methodi simplicitatem et pretiosarum medicaminum evitationem valde quaesitus (Henel.).

Script. Consilium de peste pro Comitatu Glacensi. Glaa. Ao. 1599.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 556.

Nicolaus Tintzmann Ph. M. D.

† 1617.

Canonicus Vratislaviensis S. Crucis et Nissensis, Scholasticus Eccles. Vratisl. Cathedralis patria Nissensis (in qua n. Ao. 1544.). Medicinam non mercedis causa, sed ex pietate et humanitate fecit paravitque vir bonus et eximie doctus, cui Insula S. Johannis Vrat. plurima debet aedificia exstructa templique sacellum; obiit senex plus quam septuagenarius catulis suis felibusque maxime fibi in deliciis habitis innumeris circumdatus Vratislaviae 17. Aug. Ao. 1617.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 307. — Cunradi l. c. p. 311.

Jeremias Gesner.

† 1618.

Natus Boleslaviae Ao. 1560. prius Reip. Gryphibergensis deinde Laubanensis, denique Javoriensis Physicus. † Jaurae 23. Dec. Ao. 1618. aet. 58. Casp. Schwenckfeldio ad Catalogum Stirpium et fossil. Siles. symbolas attulit non paucas.

Script. Gespräch von Stahl und Eisen, Schnee und Eis etc. Lips. 1215. (*Est liber Monardi de ferro in germ. l. versus, additis auctariis,*) *non confundendus cum filio homonymo.*

Confer. Cunradi Sil. tog. p. 93.

Flaminius Gasto D. Phys. Consil. et Archiater.

c. 1618.

Medicus practicus sui temporis apud Silesios famigeratissimus. Natus est 9. Sept. Ao. 1571. Svibusii, Senatoris filius. Gorlicii humanioribus litteris, Vitebergae, Altorfii et Pragae academicis imbutus, diu in Italia, Bononiae, Romae, Neapoli, Patavii versatus, summis fere quibusque sui aevi viris edoctus, Basileae promotus (Ao. 1597.) Vratislaviae apud Monavium et Scholzium moratus, denique Guraviae sedem fixit, aliis tamen Silesiae, Moraviae, Poloniae, Lusatiae locis ad artem exercendam frequenter advocatus, summo favore a Duce, Georgio Rudolpho, cujus Archiater et Consiliarius factus erat, exceptus, patria maxime celebratus obiit

Gurae 5. Febr. Ao. 1618. aet. 47. In medicis rebus partim cum Veteribus partim cum Paracelso sensit, nec Hermeticorum medicinas sibi displicere passus.

Script. I Discours vom rechten Nutz etlicher gebräuchlicher Artzneyen bei erwährenden Sterbensläufften. Grossglogau 1608. Görlitz 1660. 12 Idem liber forte est:

II. Flaminii Gastonis de peste tractatus. Gorlic. 1660. 12. recus.

Confer. Melch. Adami Vit. Med. germ. p. 196. — Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 869. (Fusissime.) Henschel l. c.

Leonhardus Kreutzheim ab Iphofen fil. D.

† 1619.

Nat. Lignicii 4. Jan. 1554. artem Physicus in Bohemia exercuit, donec obiit Ao. 1619. Filius fuit Theologi et Chronologi celebris ipse eximie doctus, reque domestica sua bene munitus. (Henel.)

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. II. p. 445.

Jeremias Kuntschius } a Breitenwald, Elias Kuntschius } DD.

† 1623.

Par laudabile fratrum vel potius triga, accedente Georgio Kuntschio, natu minore, de quo sermo fuit supra. Bilicii nati, Jeremias quidem 11. Maji Ao. 1538., Elias 1. Nov. Ao. 1566. In Germanicis et Italicis more consueto exculti academiis, Jeremias Oppaviae, Elias Oppolii, medicinam fecerunt: hic quidem Physicatus Oppoliensis et Ratiboriensis munere simul functus. Humanioribus literis et poetica arte excelluit Jeremias, qui et Phil. Doctor, uterque medici practici a multis quaesiti et desiderati laudem meruit. Obierunt eodem anno 1623. Jeremias Oppaviae 18. Octobr. aetatis 65., Elias 13. Mart. Oppolii aet. anno 57. Eliam prae reliquis fratribus extollit Henelius.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p. 1045. — Cunradus l. c. p. 158. 159.

Melchior Sebisius sen. (von Saebisch vel Sebitz) Ph. M. D. Arch.

† 1625.

Natus Falconimontii in ducatu Oppoliensi e gente olim Mehlmaus tum Zaebisch dicta Jun. 1539., in scholis silesiis (inprimis Vratislaviensibus) Lipsiaeque litteris humanoribus, Argentorati et Parisiis primum Jurisprudentiae, deinde Medicinae (Ao. 1562—1565.) operam dedit, postea Leydae Joh. Bauhini socius in edenda Hist. plant. fuit, in Ac. Monspessulana Jouberto et Dalechampio ducibus studia ulterius prosequutus est. Post cum Elisabetha Caroli IX. sponsa Lutetias adiit: Ao. 1571. autem in Ac. Valentina promotus in Doctoris gradum, Argentorati 1586. Medicinae Professionem suscepit. Ibidem defunctus est 19. Jun. Ao. 1625. (al. 1695.). Fuit in re herbaria facile meritissimus, ac optimis hujus scientiae propugnatoribus adnumerandus. *)

Script. I. De Dysenteria. Argentor. 1595. (*Quod non filii opus est, qui aetatis tum annum XV. agebat.* Conf. Haller. Bibl. med. pr. II. p. 311.)

II. Kräuterbuch, von allen Kräutern, Stauden, Hecken, Bäumen u. s. w. Strassburg 1587. fol.

III. Funfzehn Bücher vom Feldbau und recht vollkommener Wohlbestellung eines bequemen Landsitzes und geschicklich angeordneten Meierhofes oder Landgutes. Strassburg 1588. fol.

Confer. Henelii Sil. tog. Mst. I. p.

*) Ejusdem nominis filius (nat. Ao. 1579. prom. Ao. 1610.) et ipse Professor Argentinensis fuit, innumeris fere Disputationibus academicis, scriptisque medicis clarus (de quo videas Halleri Bibl. Med. pr. II. p. 417. Bibl. Chirurg. I. p. 305. Bibl. Anat. I. p. 331.) † Ao. 1674. Rursus hujus filius est Joh. Albertus, et nepos ille, in quo abavi nomen Melchior repetitum fuit. Melchior tam filius quam nepos Professores Ac. Strasburgensis fuere ad summam usque senectutem provecti. Ut vero Sebisiorum pateat prosapia, accedat schema genealogicum:

Caspar Mehlmaus.
Johannes a Zaebisch.
Paulus. (Sebisius s. Sebitzius) Georgius † 1623.
Balthasar. Matthaeus. † 1614. Ambrosius. Johannes. Melchior sen. † 1625.
Friedericus † 1613. Melchior jun. † 1674.
Joh. Albert. (prom. 1630.)
Melchior.

A D D E N D A.

Ultimo loco afferre liceat medicos nonnullos Silesios, quorum nil fere praeter nomina superest. Vixere quidem:

Ao. **1518**. Michael Jode, M. D. Episcopi Vratisl. Archiater, Nissensis ni fallor.

1531. Johannes Metzler, Med. et Jurispr. D.

1562. Clemens Borek, Art. et M. D. (Conf. Schles. Prov.-Bl. **1797** May. p. **418**.)

1591. Joh. Cupius, Cervimont; Poliater Thoruniens. (Conf. Ebert. Cervim. lit. Cent. I. p. **18**.)

Medicorum Sec. XIV. et XV. deinde ne nomine quidem cognitorum, quos vero facile credas fuisse Silesios, plurima opera medica manuscripta (in libro „zur Gesch. d. Med. in Schles. Heft II." edendo recensenda) in Biblioth. Regia et Univ. extant.

Chirurgorum Vratisl. numero quosdam addas parum cognitos, quorum mentio fit apud Roppanum in Msto ex Libro Signaturar. Bibl. Magist. excerpto, et in Polii Chron. lib. IV. et V. passim:

Ao. **1533**. Petrus Palatinus, quem Chirurgiae Doctorem vocant.

1585 ad **1622**. Balth. Keil, Chirurgus circa homines morbo gallico affectos, optime, ut videtur, meritus.

1587. Hans Engel, et ipse Chirurgus hominum lue venerea laborantium: „Franzosenarzt" dictus.

1599 — **1609**. Niclas Pfaffendorff, Poliater (s. Chirurgus urbanus) usque ad Ao. **1609**.

Denique quaedam de Silesiae vetustissimis Pharmocopolis s. Apothecariis data occasione adjicienda non abs re habeantur:

Ao. **1265**. Carolus Flembig Pharmacopola Suidnicensis, Silesiae, si non Germaniae omnis, fere primus. (Conf. z. Gesch. d. Med. in Schles. Heft I.

1410. Augustinus, Apoth. Vratislav. (Conf. Roppan Collect. Cod. Civit. Vrat. Schles. Prov. Bl. **1800**. Dec. p. **516** seq.)

1422. Michael, Apoth. Vratisl. (Schles. Prov. Bl. l. c.)

1453. Joh. Reynke, Apoth. Vratisl. (Conf. Brieg. Wochenbl. V. Jahrg. **1794**. p. **70**.)

1533. Laurentius Scholz, Apothec. Vratisl., pater illius L. Scholzii cel. Botanici de quo supra dictum est p. **17**. (Conf. Roppan Collectan. ex lib. Signat.)

1558. Henricus Weiskopf, Apoth. Boleslaviens.

1561. D. Fabian Kindler, officinae Vratislaviensis in via Albertina sitae, tunc „die schöne Apotheke" dictae, possessor. (Schles. Prov.-Bl. l. c. quem videas inter medicos supra p. **8**.

1580. Paulus Filtzmeyer, Apoth. Wohlaviens. (Conf. Köllners Wohlaviographie p. **480**.)

Postremo ut ex circumforaneorum turba unus hic locum habeat, proferimus Georgium Landaviensem (Meister Georg von Landau der Arzt) Ao. **1520** feria IV. post trium regum Vratislaviae carcere constrictum et tandem propter audaciam reique medicae ignorantiam urbe expulsum. („Darumbe das er sich vnderwunden hat, leute alhie zu erczeneyen vnd arzney inn Leip gegeben vnd keinen rechten Verstand in der arzney gehabt." (Schles. Prov.-Bl. **1797**. May. p. **421**. ex lib. Signatur. Mst.)

APPENDIX.

CATALOGUS MEDICORUM SILESIORUM RECENTIORUM EORUMQUE CELEBRIORUM PRODROMUS.

Sec. XVII.

Burserus, Leop. Bolesl. Phys. 1600 † 1602.
Guilielmus, Petrus, Phys. Freistad. c. 1605.
Moller, Joh. n. Lüben. † Lips. vix. 1605.
Perstenius, Andr. n. Bilic. Arch. Pless. vix. 1605.
Fleischer, Jo. n. Wrat. † Towne in Am. sept. 1608.
Pfaffendorf, Nic. Wrat. Pestilentiar. 1602—1609.
Closius, Georg. Freist. Phys. † 1610.
Kehr, Esaias. Wrat. † 1610.
Gabler, Andr. Freistd. scr. 1611.
Greusser, Car. Wrat. † 1611.
Haunold, Abr. n. Wrat. † Jägernd. 1611.
Schönfeld, Melch. Ph. et M. Dr. Wratisl. † 1611.
Bonvinius (Guttwein) Elias. † Wratl. 1612.
Cochius, Chph. † Wolav. 1612.
Grubenmüller, Dionys. Wrat. Chir. et Poliat. 1613.
Scholtz, Laur. Fil. † Wratisl. 1613.
Fuchs, Abrh. † Reichenb. Phys. 1614.
Hiller, Barth. Bolesl. Mathiae Archiat. c. 1614.
Hiller, Jo. Bolesl. Arch. Duc. Anhalt. c. 1614?
Florschütz, Georg. † Suidnic. Phys. 1615.
Nagel, Henr. in Wirbischau. † Wrat. 1615.
Behrnauer, Jac. Bolesl. Phys. † post 1616.
Wirth, Gg. IV. Leoberg. † 1616.
Leschius, Elisaeus, n. Gurae. † Wrat. 1617. Poliat.
Libaldus, Tob. Ph. et M. Dr. Wrat. scr. 1617.
Wusthube, Jo. † Suidn. Phys. 1617.
Giller a Lilienfeld, Luc. n. Oppav. † Gryphim. Phys. 1618.
Hempelius, Jon. † Falkenberg. 1618.
Machfredus, Abrah. Phys. Lignic. scr. 1618.
Werner, Gg. Phys. Neustad. in sup. Sil. c. 1619.
Graeff, Casp. † Wratisl. 1620.
Graeve, Casp. Wrat. Ph. et M. Dr. † 1620.
Hesslerus, Dan. a Waldaw in Waugern et Pologwitz scr. 1620.
Bilizer a Bilitz, Chph. Breg.? c. 1621.
Bucretius, Dan. (Rindfleisch) † Phys. Wrat. 1621.
Jessenius v. Jessen, Jo. Wratisl. † Pragae 1621.
Adam, Melch. n. Grottkav. † Rector Heidelb. 1622.
Etscher, Jo. † Oppoliens Phys. 1622.
Gloger, Gg. Habelschw. scr. 1622.
Kheil, Jo. † Wratisl. 1622.
Kreil, Jo. Ph. et M. Dr. Wrat. † 1622.
Manlius, Gg. Ph. et M. Dr. n. Görlic. † Leobs. 1622.
Schilling, Sigism. Prof. Therap. Lips. † 1622.
Woyssel, Sigm. jun. † Wrat. Phys. 1622.
Hüpfer, Wolfgang. Chirurgus 1613. et Poliater. Ao. 1617—23.
Lange, Bernh. Leob. Consul et Phys. Leob. † 1623.
Aschenborn, Mich. n. Bethan. † Lesnae 1624.
Opala, Adam. n. Bicinii † Argentinae 1624.
Carisius, Balth. n. Bethan. † Glogov. 1625.
Coberus, Tob. jun. † Gorlic. 1625.
Fuchs, Jo. Phys. Suidnic. scr. 1625.
Fuchs, Severin, fil. scr. 1625.
Günther, Jac. n. Züllichav. † Namslav. scr. 1625.
Mylphort (Mühlpfort) Henr. † Wrat. 1625. Strelens. Practic. et Pestilentiarius.
Neander, Chph. Neustad. Phys. scr. 1635.
Schiller, Math. n. Suidnic. † Olomuc. Phys. 1625.
Pansa, Mart. n. Schleusingae † Wratl. 1626.
Renner, Conr. Friedland. Wallensteinii Arch. p. 1626.
Vorberg, Lucas, Nimptschiens. † 1627.
Coberus, Gg. Boleslav. Phys. † 1627.
Schilling, Sam. n. Francost. † Nissae Phys. 1627.
Süssenbach, Melch. † Cervim. 1627.
Moller, Joh. n. Lüben. † Prausnit. 1627.
Schütz, Casp. n. Nissae. † Wrat. 1627.
Seiller, Jo. Wratisl. † 1627.
Titius, Pet. n. Stregae † Lign. 1627.
Eccius, Melch. † Leobg. Phys. 1628.
Rollius, Theod. Fraustd. Phys. et Procons. Hainow. c. 1628.
Schubarth, Chph. † 1628 Poliat. Francostein.
Woyssel, Godof. † Wrat. 1628.
Gloger, Georg. Habelschwerd. disput. 1628.
Mundrich, Herm. n. Berol. † Wrat. 1629.
Blochwitz, Mart. n. Steinav. Svibus. † Phys. Wolav. 1630.
Roth, Petr. Lignic.? † 1630.

Scultetus de Schuliz, Weigh. n. Trachenb. † in Transsylv. 1630.
Scultetus, Godofr. Wratisl. Phys. Goslar. p. 1630.
Vechnerus, Math. Fraustd. Phys. † 1630.
Weicke, Andr. Wratisl. † 1630. Sternbergae in Morav.
Bucretius, Dan. n. Wrat. † Paris. 1631.
Franck, Georg. † Wratisl. Phys. 1631.
Glötzer, Tob. n. Olomuci † Wrat. 1631.
Hempel, Barthol. n. Gurav. † Fraustd. Phys. 1631.
Dornavius a Dornav, Casp. n. Ziegenrück. † Bregae 1632.
Emericus, Joh. Hirschb. Phys. † 1632.
Creutzmann, Jo. † Wrat. Phys. 1633.
Cunradus (Conradi s. Cunradi) Caps. Wrat. Phys. † 1633.
Ehring, s. Eringius, Chph. n. Francost. Wrat. Pestil. † 1633.
Heinitz, Christ. n. Novofori. † Suidn. Phys. 1633.
Müntzer, Paul. n. Schönav. Pestilentiar. † Wrat. 1633.
Pollner, Zach. † Wratisl. 1633.
Rappolt, Thom. a, Eques Sil. M. D. circa ann. 1633.
Rössler, Chph. Francost. † 1633.
Schöbel, Chph. n. Javor. † Lignic. Phys. 1633.
Weidner, Jo. fil. n. Sprott. † Grünberg. Phys. 1633.
Donat, Jo. Pestil. Wrat. (XI) 1626. iterum 1634.
Eccardus, Fried. n. Oppol. † Bregae 1634.
Seidel, Mich. Boleslav. Phys. † Wratisl. 1634.
Pilgram, Jo. n. Strelae. † Wrat. Phys. 1636.
Sevellenberger, Jo. Lignic. 1636.
Walter, Jo. Lignic. Phys. † 1636.
Sennert, Dan. n. Wrat. † Witeb. P. P. 1637.
Titius, Casp. † Wratisl. 1637.
Barth, Jerem. † Peitz. Phys. 1639.
Bruxius, Adm. Sprottav. † 1639.
Cornerus, Balth. n. Hirschb. † Wrat. 1639.
Cunitz, Henr. Suidnic. † 1639.
Cunitz, Maria, uxor Dom. a Loeben † 1664.
Mylius a Mylberg, Jo. n. Goldb. † Lign. Phys. 1639.
Titius, Casp. † Wratisl. 1639.
Weidner, Gfrd. n. Sagan. † Francof. P. P. 1639.
Hoffmann, Thomas, Lignic. † 1640.
Kirstein, Petrus n. Wrat. † Upsaliae 1640.
Sennert, Mich. Prof. Witeb. filius, † 1640?
Henning, Jo. Fraustadiensis c. 1641.
Packisch, Casp. Lign. † 1644.
Zeidler, Jo. n. Leob. † Lips. 1645.
Albertus, Chph. n. Bolesl. † Wrat. 1646.
Cunradus, Georg, Ernest. n. Wrat. † Tessini 1646.
Höpfner, Paul. n. Neustd. † Wrat. 1646.
Schleupner de Schleupberg, Jo. ex Comitatu Glacens. + 1647.
Rumbaum, Gg. Chph. n. Javor † Oelsn. Phys. 1648.
Roth, M. Dan. n. Stregae. † Wrat. 1649.
Preibisius, Chph. c. 1651.
Dobricius, Joh. † Phys. Wratisl. 1653.
Frank, Gregor. † Wratisl. Phys. 1653.
Hoppe, Jo. n. Leoberg. † Lips. 1654.
Pontanus, Tob. † Wratisl. 1655.
Clugius, Tob. n. Sorav. † Lignic. Phys. 1656.
Günther, Jerem. n. Glogov. † Zuillichov. 1656.
Colbius, Joa. n. Sagan. Altenb.-Schlaiz. Archiat. † 1657.
Erbius, Jo. Melch. Wratisl. † c. 1657.
Firling, Hein. † Glogov. 1657.
Gasto, Gottf. Flam. n. Swibusci, † Hayn. Phys. 1658.
Stube, Sigm. n. Wrat. † Fraustd. Phys. 1658.
Winckler, Dan. n. Rechov. † Bregae 1658.
Elichmann, Jo. Silesius, Med. Leydens † 1659.
Gerstmann, Florian. n. Bolesl. † Isleb. 1659.
Dobricius, Gdf. Ernst. † Wrat. 1660.
Vechnerus, Jerem. Stadiens. † in Silesia 1660.
Deutschländer, Jonas, Fraustadio † 1661.
Rumpler, Sam. Phys. Sprottav. Glogov. † 1661.
Creutzmann, Christ. n. Wrat. † Strelae Phys. 1662.
Curtzmann, Jerem. † Wrat. 1662.
Folckel, Christ. n. Wrat. † Strelae Phys. 1662.
Kretschmar, Balth. Sil. Thorun. scr. 1662.
Süssenbach sen., Balth. Hirschb. † 1662.
Schulzius, Wencesl. † Lüben. 1662.
Agricola, Jo. Wilh. † Wratisl. 1664.
Döring, Mich. † Wratisl. Phys. 1664.
Buckisch, Chrst. n. Carnov. † Olaviae 1665.
Knobloch, Benj. Med. Studios. Javor. scr. 1665.
Agricola, Jo. n. Naumb. † Wrat. Phys. 1668.
Ferentz, Wolfg. Silberberg. † 1668.
Kinner, Samuel n. Wratisl. † Breg. 1668.
Schneider, Jo. Gg. † Lignic. 1669.
Lavinius, Wencesl. Silesins, † 1669?
Wolter a Liebenfeld, Walth. Ambros. Phys. Glacens. post 1670.
Cunradus, Chrst. n. Wrat. † Oppav. Phys. 1671.
Elsnerus, Joach. † Wrat. Phys. 1671.
Polisius, Melchior, n. Jaur. † Prof. Francof. 1671.
Sachs a Löwenheimb, Phil. † Wrat. Phys. 1671.
Schneider, Conr. Vict. Prof. Witeb. c. 1671.
Wilhelmi, Gottfr. n. Hirschb. † Wrat. 1671.
Wilhelmus, Petrus, n. Glogov. † Phys. Freistd. 1671.
Gasto, Wolfg. † Haynav. 1672.
Libavius, Mich., Andr. fil. Jenens., Med. Schmiedeb. Leob. et Gryphimont. † Gryphim. 1672.
v. Sachkirch, Suidnic. † 1672.
Neomenius, Chrst. n. Bregae † Lesnae 1673.
Scholz, Adam. Pestil. Wrat. 1646 † 1673.
Schramm, Gott. Gg. † Grafenhain. 1673.
Ettnerus, Jo. Cph. Glogav. R. Polon. Cons. Arch. scr. 1674.

Jonston, Joh. n. Sonterii in Scotia † Lesnae Phys. 1675.
Martini, Henr. Dantisc. Archiat. Lignic. † 1675.
Stiglicius, Jo. Leob. Phys. † Dantisc. 1675.
Elsner, Joach. Gg. † Wratisl. 1676.
Molitor, Jo. Horat. Phys. Neofor. scr. 1676.
Thym, Ignat. Casp. fil. † Goldberg. 1676.
Scheffler, Jo. † Wratisl. 1677.
Kirstein, Mich. † Beronae 1678.
Ursinus, Gg. Siegm. Bregae † 1679.
Moller, Tob. n. Lauban. † Hirschb. 1680.
Purpius, Adam. Crosnae c. 1680.
Grass, Sigism. Phys. Suidnic. 1680.
Walther, Jo. Gg. fil. Lignic. † 1681.
Geisler, Fried. Freiberg. scr. 1682.
Vollgnad, Henr. † Wrat. 1682.
Feldner, Casp. Wrat. Arch. † 1683.
Thym, Casp. † 1684 (Pastor in Hohenkirchdorf prope Suidn. insignis Med. practicus.)
Winckler, Fried. Chrn. † Phys. Bregens 1684.
Liebentautz, Jo. n. Wrat. † Strehl. Phys. 1685.
Ortlob, Fried. † Phys. Wratisl. 1685.
Landringer, Dan. Wrat. scr. 1686.
Muschel de Moschau, Jo. Ign. Phys. Glacens. a. 1686.
Reich, Dav. Wratisl. flor. 1686.
Kess, Franc. Adam. n. Grimmae. † Wrat. 1689.
Knorr v. Rosenroth, Chn. Colberg. † 1689.
Ursinus, Paul. Chph. scr. c. 1689.
Burg, Jo. † Wratisl. 1690.
Fribe, Melch. n. Friedland. † Haynae in Misniae 1690.
Ammanus, Paul. † Wrat. 1691.
Gross, Ern. Sigm. n. Jaur. Phys. Suidnic. † 1691.
Purmann, Matt. Godf. n. Lübenus. † Halberst. 1691.
Schubarth, Godof. † Wratisl. 1691.
Hagedorn, Ehrf. † Wolav. 1692.
Pachorius, Jo. Gg. n. Glogov. Phys. Bolesl. et Procons. 1692.
Regius, Zach. † Bohrav. 1692.
Major, Jo. Dan. n. Wrat. Prof. Kilon. † 1693.
Schröer, Jo. Chph. n. Jaur. Phys. Gubens. c. 1693.
Erb, Jo. Chph. † Quantzendorff. 1694.
Pauli, Mich. Lübenens. Wrat. †1694.
Acoluth, Jo. Wrat. 1691. † 1695.
Tilesius, Godof. Wratisl. Protophys. † 1695.
Tilesius, Gg. Hirschbg. Prof. Lips.
Cunradus, Cph. prom. Regiom. 1698.
Cunradus, Jo. Swidn. 1698?
Reich ab Ehrenberg, Dav. Wrat. 1698.
Tralles, Jo. Chn. n. Strelae † Phys. Wrat. 1698.
Schulze s. Scultetus, Gottf. Sam. † Wrat. 1699.

Bergmann, Mich. Friedland. Phys. Bregens. sub fin. sec. XVII.
Breuer, P. Siles. s. fin. sec. XVII.
Gigas, Caspar. Glogov. Phys. Glogov. fin. sec. XVII.
Gosky, Mart. Wintzig. Augusti D. Brunsw. Luneb. Arch. fin. sec. XVII.
Hartranft, Cunr. Greifenb. Prof. Dantisc. fin. sec XVII.
Hügler, Math. Reichenb. Prof. Wittenb. fin. sec. XVII.
Huldenreich v. Lilienfeld, Namslav. Phys. Esling.
Kerger, Mart. Phys. Lignic. s. sec. fin.
Klose, Jo. Waldenburg. Med. s. s. fin.
Krause, Fried. M. D. et Pract. Lignic. s. s. fin.
Lischwitzius, Benj. M. D. Max. II. Arch. s. s. fin.
Menzelius, Jo. Phys. Glogov. s. sec. fin.
Mestner, Gg. Med. Suidn. s. sec. fin.
Plusius, Achill. s. sec. fin.
Rausendorff, Godofr. Breg. Phys. Steinheim. Würtenb.
Reisner, Math. Hirschb. Med. sec. fin.
Schmider, Mart. Zobtens. Med. Viennens. sec. fin.
Schmider, Ludw. Zobtens. Med. Ollmütz. s. sec. fin.
Schmidt, Jo. Alb. Greifenb. Phys. Budissin. s. s. fin.
Schmidt, Jo. Alb. Lübaviens. sec. fin.
Seidler, Balth. Lign. Med. Leidens. s. s. fin.
Sigmund, Justina, genere Dieterich, Ronstoko-Silesia, Obstetrix Aulica Boruss. Brandb. s. sec. fin.
Tiller, Conr. Schmid. Phys. Strasburg. s. sec. fin.
Weigner, Barth. Greifenb. Med. Pragens. s. sec. fin.
Weller, Math. Hier. Schönberg. Phys. Nissens. s. s. fin.
Wihlius, Chrn. Balth. M. D. Goldberg. s. sec. fin.
Wihlius, Chrn. Zach. Goldb. Phys. Reichenbach s. s. fin.

Sec. XVIII. *)

Liberius ab Hulden, Phil. n. Jenae † Neofori 1700.
Ortlob, Jo. Fried. n. Oelsn. † Lips. 1700.
Preuss, Gottl. Benj. Fraust. 1700.
Jänisch, Jo. Phys. Wrat. et Pestil. † 1701.
Reisel, Sal. † Hirschberg 1702.
Emericus, Jo. n. Hirschb. † Wrat. Phys. 1703.
Gründel, Jo. Bened. Glogov. Phys. in Styria † 1705.
Oehmbius, Carol. s. Oheim † Wrat. Phys. 1706.
Volckmann, Israel. † 1706.
Duchravius, Chph. † 1708.
Matter, Gli. c. 1708. Apothecar. in Goa.
Lauterbach, Sam. Fried. Fraustad. c. 1709.
Kinner, Gg. Fried. Breg. † 1709.
Eggerdes, Alard. Maurit. Sil. Protoph. scr. 1710.
Purrmann, Math. Gottfrd. † Wrat. 1711.
Ledelius, Sam. n. Sorau. † Gorlic. Phys. 1712.

*) In aprico est, medicos tantummodo laudatissimos eosque ante seculi finem emortuos, a nobis esse in medium prolatos.

Kahlius, Ernest. n. Schönav. † Schinutov. 1713.
Brunnenzell, Joh. Chph. † Bregens. Phys. 1714.
v. Franck et Franckenberg, Tob. flor. 1714.
Pezold, Casp. n. Swid. † Wrat. 1715.
Steudner, Theod. Gryphb. Phys. ab ann. 1674.
Charis, Jo. Gg. n. Hirschb. † Swidnic. Phys. 1717.
Kaltschmidt, Fried. † Wrat. 1717.
Thym, Jo. Casp. † Giersdorp. 1718.
Meyer, Gottfr. Dav. † Wrat. 1721.
Curaeus, Jo. Ferd. † Wrat. 1721.
Volckmann, Jo. Ant. † 1721.
Thebesius. Jo. Chrn. Goldb. Phys. † 1723.
Held v. Hagelsheim, Gottfr. † Hernstd. 1724.
Preussius, Max. † Wratisl. Phys. 1724.
Süssenbach jun., Melch. Cervim. † Phys. Cervim. 1727..
Ayn, Gg. Henr. n. Sommerfeld. † Thorun. 1728.
Thebesius, Gg. Dan. n. Haynav. † Hal. Phys. 1728.
Helcher, Jo. Henr. † Oelsnae 1729.
Kanold, Jo. † Wratisl. 1729.
Bencke, Jo. Siegm. † Wratisl. 1730.
Klaunig, Gottfr. † Wratisl. 1731.
Kulmus, Jo. Gg. † Wrat. 1731.
Thebesius, Ad. Chrst. † Sandewald. Phys. 1732.
Koschwitz, Gg. Jo. Dav. Strigav. 1732.
Hohberg, Mart. Lignic. Phys. † 1733.
Brunschwitz, Jo. Gg. † Wrat. 1734.
Arnold, Sam. n. Lissae † Beuth. Phys. 1735.
Jachmann, Georg. † Wratisl. 1735.
Limprecht, Jo. Ad. † Wrat. 1735.
Kölichius, Andr. n. Seifersd. † Wrat. Phys. 1736.
Geizinger, Fried. † Bregae 1736.
v. Grebner, Dav. † Wrat. 1737.
Neumann, Casp. † Züllichav. 1737.
Pauli, Dav. Wilh. † Wrat. Phys. 1737.
Lankisius, Jo. Gg. n. in Polon. † Kiefendff. 1738.
Wahrendorf, Jo. Pet. Lign. † 1738.
Böhm, Ern. Gottl. † Bregae 1738.
Brünig, Jo. Bernh. † Haynau 1739.
v. Hellwich, Christ. † 1739.
Kruschius, Jo. Ernst. n. Jauer. † Hirschb. Phys. 1739.
Schlencker, Jo. Ehr. † Lignic. Phys. 1739.
Pohl, Casp. Ignat. † Bregens. Phys. 1739.
Felsmann, Chrst. Gottl. n. Megaric. † Heynav. 1740.
Swerdner, Carl, Fried. n. Juliusb. † Javor. 1741.
Steinbach, Chph. Er. n. Semmeluici. † Wrat. 1741.
Hahnbach, Sigm. † Suidnic. 1742.
Müller, Sigism. n. Haynav. † Javor. 1742.
Paulli, Tob. Ferd. † Wratisl. 1742.
Beer, Jo. Abr. † Bregae 1743.
Blochmann, Jo. Gottl. Leoberg. Phys. † 1743.
Bauer, Gg. Fried. Breg. † 1743.
Burghart, Chph. Tim. n. Prausnic. † Riccob. Phys. 1745.
Stolle, Theoph. n. Lignic. † Prof. Jenens. 1745.
Grass, Sam. n. Wrat. Phys. 1745.
Giering, Phil. Sam. Glogov. Phys. c. 1745.
Milde, Gottfr. † Wrat. Phys. 1746.
Kisling, Jo. Naumburg. † Pragae 1748. (Jesuita.)
Winkler, Fried. † Bregae ante 1750.
Sommer, Jo. Casp. n. Ochsae † Landsh. Phys. 1750.
Stieff, Jo. Ern. Wratislav. † Wratisl. p. 1750.
Kundmann, Jo. Chrst. Wrat. † 1751.
Keseler, Car. Gottl. n. Schönav. † Phys. Landshut. p. 1752.
Adolphi, Christ. Mich. † Hirschb. 1753.
Glaser, Jo. Christ. † Wrat. 1753.
v. Hahn, Jo. Gottf. † Suidnic. 1753.
Böhmer, Jo. Benj. n. Lign. † Lips. 1745.
Storch, Chn. † Breg. 1756.
Ebersbach, Dav. Laur. † Loebav. Phys. 1758.
Thebesius, Jo. Ehrenfr. † Hirschb. 1758.
Lehmann, Jo. And. † Hirschb. Phys. 1759.
Acoluth, Jo. Car. Wratisl. 1700 † 1763.
Schröter, Jo. Theoph. † Breg. 1764.
Gebauer, Chrst. Sam. † Goldberg 1764.
Gebauer, Jo. Ehrnfr. † Goldberg 1764?
Starquius, Mart. Sim. † 1764.
Emerich, Theod. Eph. Wrat. † 1767.
Jantke, Jo. Jac. Bregae Phys. † 1768.
Kaltschmidt, Carol. Fried. † Wrat. 1768.
Adolphus, Jo. Traug. n. Hirschb. † Altorf. 1771.
Burghart, Gottf. Henr. n. Riccobaci. † Breg. 1772.
Ludwig, Chrst. Gottl. Bregae † 1773.
Lucke, Jo. Theoph. † Breg. 1774.
Heumann, Jo. Casp. † Bregae 1775.
Lentner, Car. Frd. Phys. Breg. † 1776.
Mattuschka, Henr. Com. † 1779.
Meisner, Ferd. scr. 1779.
Waltsgott, Jo. Fried. † Wrat. 1780.
Morgenbesser, Mich. † 1783.
Mücke, Joh. Henr. Breg. † Breg. 1785 (?)
Jänsch, Gottf. Ferd. Wratisl. † 1785.
Homberg, Jo. Godofr. Berol. † Wratisl. 1786.
Thebesius, Ad. Sam. scr. 1786.
Schröter, Car. Theoph. † Breg. 1786.
Berger, Chn. Theoph. Wolav. † Phys. Graudent. 1787.
Kühn, Jo. Gli. Wratisl. † 1789.
Fabri, Gg. Lebr. Bernst. † Phys. Namslav. 1789.
Jänisch, Chr. Glo. 1737. † Phys. Olaviens. 1791.
Böhmer, Gg. Rud. n. Lignic. † Viteb. 1792.
Tralles, Balth. Ludw. Wratisl. † Wratisl. 1797.
Gruner, Chn. Godofr. n. Sagan. † Prof. Jenens. 1801.

HB
GLASGOW UNIVERSITY LIBRARY